


F
B
C
A
23







REFUGIUM CRUCIGERORUM,

Gehörig in die S: M:
Seu Etscher Bibliotheek:

Remedia
Ærumnas

&
Adversitates

Patienter sustinendi,

Conscripta

A
R.P. GEORGIO ENDRICHT,
Sacri & Militaris Ordinis Crucigerorum cum Ru-
bea Stella Wratislaviæ ad S. Mathiam Professo,
p. t. Parocho ad S. Catharinam.

ANNO M. DCC.

WRATISLAVIÆ,
In Hæredum BAUMANNIANORUM Typographiâ
exprimebat Joannes Janckius, Factor.

DEDICATIO



CHRISTO CRUCIFIXO,

Primo Cruciero,

Crucigerorum Antesignano,

Et diffusæ per Orbem Universum

CRUCIS MILITIAE MAGNO, PERPETUOq; MAGISTRO.

TIBI,
CRUCIFIXE DEUS,
Hoc præstitæ sub Vexillo Crucis Tuae Militiae,
Sub Cathedra ejusdem Crucis exceptæ doctrinæ
Levidense specimen
In munus sacro,
Libellum, Crucis amores complexum, fero,
CRUCIGERORVM ITINERARIUM,
Quo instrudi
In hac Mundanarum Crucum profunda Silva
Innoxie decurrant;
AFFLICTORVM LEXICVM;
Quo adversitates & ærumnas veris nominibus compellent.
COMPLEMENTORVM LIBELLVM,
Quo adversantes Cruces & afflictiones comiter salutare
Benignaq; hospitalitate excipere condiscant.
Libellus LIBRO. debetur
LIBER es unius primū VERBI.
VERBUM ex æternitate Patris ORE DICTUM.
Subinde in tempore cum Humanitatis auctario
In Virgine membrana Spiritus Sancti manu scriptum,
Ut in usus omnium vulgatior,

Ex

Ex typo in Lucem evolutior prodires,
Hem me!
Flagellorum characteribus dense consitus
Spinarum Interpunctionibus distinctus
Sputorum sepiā undus
Crucis prelum sponte subiisti.
Ibi vero liberalior,
TEIPSUM
Non in trabali Jota,
Sed salutare Tau extendens, addensq;
Tot plagarum Consonantibus,
Ne vocales decessent,
Voce valida moriens succurristi.
Ita jam LIBER factus,
Et rubricato manuum pedumq; limbo ornatus
In Lucem prodiisti TUAM,
Cum Lucem extingveres Mundanam.
Liber produisti,
Memorabili
E tribus principibus Linguis conscripto,
Distinctus Titulo:
**JESVS NAZARENVS
REX JVDÆORVM.**

a 3.

Nec

Nec obfuit,
Quod etiam Tunc iniquissima Solymæ censura
Confixus,
Et Iudæis Scandalum, Gentibus Stultitia visus:
Nam brevi intervallo
Vindiciis Paternis
Per novam & planè Regiam in gloria Anastasi
Editionem
Debitæ æstimationi redditus es.
Tibi igitur CRUCIS LIBRO
Hunc de piè ferendis Crucibus Libellum,
Magne patientia Magister,
Brevem tolerantia Lexionem
Censendam, corrigendam
Demississimè substerno,
Devotissimè trado,
Dico, dedico, sacro
DIVINÆ MAJESTATIS TUÆ
In Cruce exaltatae Virtutis
Subjectissimum mancipium

GEORGIUS IGNATIUS ENDRICHT.

PRÆFATIO

AD LECTOREM.

Mice Lector, Libellum
 hunc salutifera de Cruce
à Crucigero cape. Multi
Libri amori Crucis jam sunt sa-
crati, multos illa sacravit. Se-
ptem è Cruce verba Christus ef-
fatus est, & illa necdum satis ex-
plicata, Bibliothecis replendis
sufficiunt. Ità omne fæcundum,
quòd in hac arbore crevit, o-
mne facundum quod ex illa in-
sonuit. Calatum aceto, & felle
tinctum

tinctum pendenti de Cruce
Christo porrexere Carnifices, &
necdum exaruit. Sufficit adhuc
sepiam, qua amaritudinibus pa-
tientis J E S U descriptis, acerb-
itates atque ærumnæ nostræ dul-
cescant.

Arripui & ego Crucigerorum
confidentiâ, Calamum istum, &
quæ hic luci publicæ sese offer-
re vides, meæ primùm Consola-
tioni spirituali meditata, Tuæ
deinceps, si eges, & fortasse e-
gebis aliquando utilitati, si non
eges, piæ distractioni, conscripsi.
Crucem Sanctam Tibi offero,
Munus si non defumptum inti-
mo

mo ex Corde, depromptum
certè meomet è pectore.

Anni 35. sunt, ex quo Religio-
so Sacramneto, Sacræ Crucige-
rorum cum Rubea Stella Militiæ
adscriptus, Crucem Rubeo Co-
lore expressam in pectore gesto.
Excubabat hæc semper ante Cor,
& oculis obversabatur, atque ut
Cordi meo intimè imprimi ave-
bat, ità monebat sese studio o-
mni imprimerem, insereremque
Cordi, amoriq; proximorum.

Et urgeri videbar, etiam à
Stella, cui Crux nostra incum-
bit, nè videlicet ferrem, tot ho-
minum pectoribus undiq; Cru-
ces

ces instare, sed quæ non Stellis,
hoc est Cælo inniterentur. Pro-
ventum proinde ex malis face-
rem ostenderé nique Cruces o-
mnes, vel è Stellis, id est à Cælo
Cæliq; Domino immitti, vel ad
Stellas, id est Cælum referri, eó-
que deducere posse.

Admonebar etiam ipso Colo-
re: Ut enim Rubea Nostra sit
Stella, rubeas redderem Cruces
etiam aliorum: id est pretiosissi-
mis CHRISTI meritis, & pur-
purreo Illius sanguine. Ar-
tem Cruces nostras tingendi a-
perirem, ut Magno Illi Patri Mi-
norum filiorum Cruces pro ma-
joris

joris filii tormentis, sese insinua-
rent, & passiones nostræ jam Il-
lius factæ tanto evaderent gra-
tiores.

Vides pie Lector, consilii mei
rationem: Cruciger igitur cum
Crucigero ago, & veluti Regi-
na illa

Non ignora mali, miseri succurrere disco.

Crucigeri omnes sumus, sed
Crucigeri debemus esse Religio-
si. Crucigeri sumus, à Cruce fe-
rimur, & Crucem ferimus, sed
sæpè angariati solum in mani-
bus aut humeris. Laborem
hunc mihi impôsui persuadendi,
ut gestemus etiam in pectore,

b2

id

Virgil. 4.
Æneidos.

est adversitates ærumnasq; Cor-
di nostro intimè applicantes, il-
las ut utiles & amicas comple-
ctamur, non ut sub adversario,
atque hoste pressi gemamus.

Congessi ad hunc finem o-
mnis sortis motiva & argumen-
ta, nisi fallor, nec inamæna, nec
inefficacia: Non ex aliqua feli-
citate Ingenii mei, sed materiae
spontaneæ fertilitate. Quod
meditando mihi quod in anima-
rum per annos 30. pastorali cu-
ra dicendo Ovibus meis profu-
isse expertus sum, Id ad te ô Le-
ctor, ut perveniret, scribendo
facio. Si eges, gratum habe:

Si

Si non eges, non idcirco rej-
cies: Nefas enim est, redundans
aliquid, è bonis animæ repudia-
re, qui rejicere non solemus su-
perflua in bonis corporis &
fortunæ. Vale, &
fruere.



Liber qui inscribitur Refugium Crucigerorum seu Remedia &c. conscriptus à Reverendo Patre GEORGIO ENDRICTH, Sacri ac Milit. Ordinis Crucigerorum cum Rubea Stella Wratislaviæ ad S. Mathiam Professo, cum nihil dissonum Ecclesiae Catholicæ Romanæ contineat, pro gloria Crucis, imprimatur. dec. Wratislaviæ in Residentiâ 31. Decembris 1699.

JOANN: HEN: SWEERTS, L. Baro
de Reist, Vicarius Generalis,



L. S.

Nos GEORGIUS IGNATIUS POSPICHAL, Sacri Militaris Ordinis Crucigerorum cum Rubea Stella per Bohemiam, Moraviam, Silesiam ac Poloniam Supremus ac Generalis Magister, Sac. Cæs. Regiæq; Majestatis Consiliarius & in Regno Bohemiæ Prælatus, Protonotarius Apostolicus, concedimus, ut liber, cui titulus est, Refugium Crucigerorum seu Remedia ærumnas

ærumnas & adversitates patienter sustinendi, conscriptus à R. P. GEORGIO ENDRICTH, ejusdem Sacri Ordinis Professo, & ad S. Catharinam Curato, in Lucem edi possit servatis servandis. Datum Pragæ in Hospitali S. Francisci ad pedem pontis die 30. Julii Anno 1699.

GEORGIUS IGNATIUS POSPICHAL,
Magister Generalis.



P. JODOCUS IGNATIUS JORDAN, Secretarius.

Refugium Crucigerorum à R. D. Patre GEORGIO ENDRICTH, S. M. Ordinis Crucigerorum cum R. S. ad S. Math. Wratisl. Professo, ad S. Catharinam p. t. Parocho, pro mei, & meorum, aliorumq; desolatorum solatio compositum, cùm à Viris Theologis duobus visum, typóq; dignum inventum, à Reverendissimo porró ac Perillustri, Amplissimóq; Generali S. Ordinis nostri Magistro probatum, nec non à Reverendissimo ac Illustrissimo Domino D. Vicario Generali Serenissimi nostri Wratislaviensis Episcopi &c. approbatum fuerit, dicto typo mandandi facultatem quoq; meam concessi. Wratislaviæ ad S. Math. 3. Aprilis Anno 1700.



MICHAEL JOSEPHUS FIBIGER,
Crucigerorum cum R. S.
ad S. Math. Magister.

INDEX CAPITVM.

CAPUT I.

Cruces & adversitates ob peccata Mortalibus
obveniunt à D E O.

CAPUT II.

Cruces & adversitates Mortalibus immittuntur ab ipso DEO etiam ob peccata oblivione sepulta, & levia.

CAPUT III.

Justis Cruces & adversitates DEus immittit
ad majorem eorum coronam.

CAPUT IV.

Causæ duæ, ob quas interdum Christus Summus
Magister Crucem & adversitatem justis
permittit.

CAPUT V.

Cruces & adversa, Salus & medicamenta
sunt Crucigeris.

CAPUT VI.

Crucis & adversitatis fructus pietas in DEum,
& fervor in obsequiis Divinis.

Caput

CAPUT VII.

Exempla Crucigerorum, qui ad DEI suiq; Cognitionem per Cruces & adversa redierunt.

CAPUT VIII.

De injuriis, calumniis, quæ sunt Homini justo magna Crux & tribulatio.

CAPUT IX.

Quis modus servandus Crucigeris ob injurias & Calumnias sibi illatas.

CAPUT X.

DEUS Calumnias innocentibus ex malitia, & invidia irrogatas, earumq; falsitates detegit, & manifestat.

CAPUT XI.

Ob Cruces seu adversitates ab obsequiis Supremi Magistri Christi non desistendum.

CAPUT XII.

Primum motivum sustinendi Cruces & adversa, quod à Domino DEO proveniant, reflexio.

CAPUT XIII.

Motivum secundum, Ordinatio seu dispositio Divina.

CAPUT

CAPUT XIV.

Motivum tertium, Supremus Crucigerorum Magister, Christus patiens.

CAPUT XV.

Continuatur idem argumentum.

CAPUT XVI.

Motivum quartum Instabilitas Crucis, & certa successio bonorum.

CAPUT XVII.

Motivum 5.

Felicitas & Veneratio Crucigerorum seu affictorum.

CAPUT XVIII.

Motivum sextum.

Sustinendi Cruces, ærumnas, & adversa, via Crucigerorum, seu affictorum ad Cælum compendiosissima, & infallibilis assecutio gloriæ cælestis.

CAPUT XIX.

An de adversitatibus, aut afflictionibus expediat apud alios conqueri, & si expediat, apud quales conquerendum.

CAPUT XX.

Qui adversitates & ærumnas suas soli DEO queritur, ille optimè facit.

CAPUT

CAPUT XXI.

Quid faciendum, ut DEus in afflictionibus nostris
& ærumnis succursum præbeat, & levamen.

CAPUT XXII.

Oratio Crucigerorum in afflictionibus sit
humilis.

CAPUT XXIII.

Supplex Crucigerorum quò humilior,
eò efficacior.

CAPUT XXIV.

Quid sentiendum de Amicis, Patronis, ad quos in
ærumnis nostris & adversitatibus recursus fiunt.

CAPUT XXV.

Optimum est in ærumnis suis ad auxilium D E I
recurrere, quod præstat deficiente ope
humana.

CAPUT XXVI.

Svadetur omnibus Crucigeris seu afflictis recursus
ad Supremum Crucigerorum Magistrum
nempe Crucifixum.

* * *

CAPUT I.

Cruces & adversitates ob peccata mor-
talibus obveniunt à Deo.

Dicitur olim Declamator aliquis apud Gentilem Senecam graviter uestitus esse, quod quocunq; pedem figeret in Spinas incurreret seseq; tādē cruentaret; cui illico responsum est, spinas has ejus adnasci pedibus & inhærescere, adeoq; de via semitāq; injuria atq; asperitate queri desineret, pedes potius suos aspiceret, atq; excuteret; à pedibus spinarum aculei, cruenti, atq; mordaces morsus. Quod illi, hoc plerisq; mortalibus etiam frequenter accedit, gemunt hi frequenter, quod quocunq; pedem, animūmve flectant, in tribulos, in spinas, auctas difficultates, crebra infortunia, cruces offendant, ob egestatem, infaustos eventus, ob amissum honorem &c. se rodunt, imò sub certa crucis & adversitatis spina se ipsos consumunt, & dilacerant. Verū non tam viæ hujus mortalis vitium est, quam depravatæ mentis, quanquam & hujus & illius aliqua est culpa, scelus in altissimam patratum DEI Majestatem, uti suaviter S. Bernardus: *Spina culpa est, spina pena est.* rem accuratius exploremus. Deplorabat quondam Vrbs Syon miserandam nobilissimæ Civitatis ruinam, ejulabat plenā amaritudine captivitatem filiarum Syon; at causam eversæ Vrbis & tanti mæroris originem exploremus. *Justus est Dominus, quia os ejus ad amaritudinem & iracundiam provocavi.* Videte (inquit Jeremias in persona ejus) *Dolorem meum,* gravissima populi Hierosolymitani sclera causa fuere nobilissimæ Civitatis ruinæ, tot ærumnarum & captivitatis filiarum speciosissimarum: quod id ipsum scelerum vindicta confirmat Divina Nemesis per vaticinium & minas sui Prophetæ: *Subvertam eos gladio in conspectu inimicorum suorum, & in manu quarantum animas eorum, & dabo cadavera eorum volatilibus*

Querela
mortaliū
sub Cruci &
adversitatē.

S. Bernardus
fer. 48. in
Cant.

Thr. 30.
Causa Crucis
& adversita-
tis, peccatum.

Jerem. 19.
v. 7.

A

scelis

celi & bestiis terre, & ponam civitatem hanc in stuporem & sibilum: omnis qui praterierit per eam obstupescet, & sibilabit super universa

Ob peccata patitur Jero-
solyma.

S. Hieronym. querunt me: quæ verba S. Hieronymum explicantem audi: Ista sunt præmia contemptorum, & verba DEI audire nolentium, quidquid super nos mali adducitur, nostra peccata fecerunt, omnèsq; genies vi tunc adductæ sunt contra Jerusalem: sic hodie adducuntur contra Ecclesiam negligentem ut interficiant eos, & pónant in stuporem & in sibulum, & in solitudines sempiternas. Apud eundem Jeremiam Deus pariter ita loquens introducitur:

Jer. 24. v. 24. Vos vidistis omne malum istud quod adduxi super Jerusalem, & super omnes urbes Iuda, & ecce deserta sunt hodie, & non est in eis habita tor proprie malitiam, quam fecerunt ut me ad iracundiam provocarent.

Primi Paren-
tes.
Gen. 1. v. 30. Ob scelus inobedientiae & divinæ legis contemptum Protoparens noster maledictionis fulmine tactus & ad extremas nobiscum damnatus ærumnas: à primo enim momento quo Deus terram creavit, virtutem quoq; ei impref fit germinandi omnis generis herbas, & præcipue fructus illos quibus ad nostram sustentationem indigebamus, unde ait: Germinet terra herbam virentem; at post commissum pec catum, rursus: Terra inanis & vacua. Homo panem sibi procurare volens ad colendam in sudore vultus sui terram condemnatur. Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea, spinas & tribulos germinabit tibi. hinc Cælius Rhodiginus ait: Ante hominis peccatum nihil noxiū à terra progerminari audivimus: non herbam veneno pestilentem, non arborem sterilitatis inutilēm, vitio quod deim factum.

Cæl. Rhodig.
lib. 1. lect.
Antiq.
Jonas 2.
Jonas.

Ulterius disce à peccato oriri ærumnas & adversa quæ nobis eveniunt: Jussa Dei contemnebat & retardabat exequi Jonas; Legationi divinæ contrarius, illico: Preparavisti Dominus pīscem grandem (& tanquam contumacem & rebellem voci Divinæ) Deglutivit Jonam: hinc ejus de profundi

dis

dis aquarum gemitus: Circumdederunt me aque (id est ær umnae majores &c.) usq; ad animam meam. Sinistram Sanctissimi Patriarchæ Jacob filii in domo Regis Pharaonis fortunam deplorant, ; at quæ causa? à Ruben tanquam Sa nioris Judicij, fratres in squalido detentos carcere, alloquen tes accipe: Merito hei patimur, quia peccavimus in fratrem no rum, Gen. 42.

videntes angustias animæ illius, dum deprecaretur nos, non audivimus, idcirco super nos tribulatio. Crucem & ærumnas peccato adscribunt, quod in innocentem admissum est fratrem. Quantis non pressus miser Saul? ex parte una cruentum Philistæus inferebat bellum Regi, universoq; minabatur populo exterminium; ex altera pugnaturus infirmum intuetur exercitum, hinc illæ querulosi Regis angustiati ad Samuelem vo ces: Coarctor nimis; at coarctati Cordis Regii originem fide lis Propheta aperit: Quia non obedisti voci Domini, neq; fecisti iram

Rex Saul.

furoris ejus in Amalec, ideo quod pateris fecit tibi Dominus. Mortem dilectissimæ sobolis deplorat David, gemit cædem numero si populi sui, unde autem hæc mala Davidi obvenerint, narrat

Propheta Nathan: Uriam Hethæum interfecisti, & uxorem ejus accepisti in uxorem tibi, quamobrem non recedet gladius de domo tua. De

Heli Sacerdote quondam magno ait S. Chrysostomus, Ideo contrà illum ira æterni Auctoris exarsit, quod contra Subditorum vitia tenuerit. Ut melius advertas cruces, depressiones, adversita

tes partus esse læsa Majestatis Divinæ; reflexionem facito & perpende, quas non sustinuit adversitates, ærumnas in

terræ permanens Innocentissimus Filius Dei, Ipsa Sanctitas, Ipse Dei Fide quo vox æterni Patris: Hic est Filius meus dilectus in quo mihi lius ob pecca placui. In Cruce immaniter extensem intuere, & allo

quere cum D. Augustino: Quid commisisti dulcissime puer, ut ita S. Augustin. tractareris, quæ noxa tua, quod scelus tuum? Audies ab æterno

Patre causam crucis & ærumnarum ejus: Propter scelus populi Isa. 53. mei percusi Eum: quinimò ex ejus Sanctissimo ore, tantam in se crudelitatis causam accipe: servire me fecisti propter pec Isa. 53. cata tua, laborare me fecisti in iniquitatibus tuis. Nihil igitur in terra Isa. 430

fit sine causa. Nec de humo oritur dolor, sed crues & adversa ob culpam & scelus aliquod immittit Deus. Descende nunc ô Cruciger, qui sub Cruce certa gemis, in interiora arcani, annon sit quidpiam sceleris in Divinam admitti Majestatem, quod vindicta praesenti ulciscitur adversitate? Rimare an non in aliquo iram Dei provocaveris, forte quidpiam elati animi in Deum, blasphemiae, libidinis &c. admiseris; fortassis quia, uti quondam David, pauperculo subdito tulisti orem unicum, fors subditis tuis liberrimam vivendi rationem & facultatem praebes & indulges, per quam in gravissima ruant scelerata, & sumimam offendant Majestatem? Penetra annon aliquem injuriâ affeceris, contra Moysem, Deum, Superiorem murmuraveris, aut ad injuriandum proximo, Fratre, eundem disposueris, quia, uti L. non solum §. si mandato ff. de injuriis: *Nocuit qui nocere disposit.* Sexcenta sunt quibus Divina Majestas à te frequentius irritatur ob peccata, praesens igitur adversitas, crux, infortunium, infirmitas, depresso &c. fructus peccatorum est, quae Deus vindicta ulciscitur. Nec mea sed omnium SS. Patrum hæc vox:

S. Chrysost. lib. de Frat. Cleri. c. 2. S. Isidor. lib. 2. Syn. c. 7. Salvian. lib. 4. de provid. S. Isidor. lib. 1. Sym. Blosius in p- rad. animae c. 10. n. 3. S. Gregor. I. 8. de A- post.

Seiote, ait S. Chrysost. bonis felicia, malis semper infortunata contingunt: Et S. Isidorus: Quidquid tibi contingit, pro peccato tuo existima venire. Et Salvianus: Quamlibet aspera & adversa, minora patimur, quam mereamur. Rursus S. Isidorus: Quod infirmaris, quod corporis morbis afficeris, quod languorum stimulis cruciaris, quod passionibus anima quateris, quod mentis angustia torquearis, quod grassante impugnatione spirituum agitaris, hoc ipsum tibi pro peccatis Divina Justitia irrogat. Blosius de eodem materia: Quecumque tibi Deus obvenire voluerit ea parato animo suscipe, tranquillus esto, impuga omnia tuis iniquitatibus & humiliare; displaceat animo tuo malorum origo vitiosa; caterum ipsas angustias aquarimenter sustine, offerens eas Aliissimo in Sacrifacium, sic enim erunt tibi velut baptismus ad peccata tua ab' uenda efficacissimus. S. Antonius in confirmationem omnium celebrem D. Gregorii producit sententiam: Quidquid patimur, peccata nostra meruerunt. Et Salvianus hunc rursum

sum instituit discursum: *Quid miraris si cœdimur, quid miraris Salv. lib. 4. si castigamur? si infirmiores omnibus sumus? si miseris nostris, si in- da provid. firmitates, si eversiones &c. testimonia sunt mali servi, & Boni Dei. Quomodo mali servi? & Boni Dei? quomodo mali servi? quia patior vel ex parte quod mereor; quomodo boni Dei? quia offendit quid mereamur. Docuit id ipsura sapiens illa mulier Judith concives suos Be- thulientes, cum arctissima ab Holoferne cincti obsidione extremoq; expositi essent periculo, dicens: Non ulciscamur nos Judith 8. v. 26. pro his malis que patimur, sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa sup- plicia minoria esse flagella Domini, quibus quasi servi corripimur ad emen- dationem; & non ad perditionem. Inter alia Jeremiæ lamenta hoc quoq; legitur: Quid murmurat homo vivens, vir pro peccatis Thren. 3. v. 29. suis, scrutemur vias nostras. Examina igitur peccata commissa, invenies justissimam esse manum Dei, reperiendo causam maligni effectus, crucis &c. dices cum plangente civitate, aut potius cum Jeremias: *Iustus est Dominus, quia os ejus ad ira- cundiam provocavi, videte dolorem meum.* Et cum D. Gregorio: *Mala que patimur, mala nostra meruerunt, fateberis, aut potius confunderis cum fratribus Ruben: Quia peccavimus in Fratrem nostrum Amantissimum Patrem & Deum nostrum proximum nostrum, idcirco super nos ista tribulatio.**

CAPUT II.

Cruces & adversitates mortalibus immittuntur ab Ipso DEO etiam ob peccata oblivione sepulta, & levia.

Sæpius accidit, dum adversitatibus castigantur, inno- center nos luere & pati arbitramur, hinc crux & ad- versitates vel ideo gravissima & molestissima: at trans- gressionum & delictorum recordem præteritorum: fors quidpiam sceleris erit in Divinam Majestatem commissi aut in proximum nostrum, cuius nunquam pænitentia acta, pro quo

Ephræm de.
lictum serit.
DEus calli-
gat. Histo-
ria.

quo nunquam satisfactum. Divina enim justitia aut potius misericordia sœpe numero post seros etiam annos scelera nostra castigat, exemplo accipe... Ephræm quopiam erat à Genitore suo ablegatus, sylvas & campos pertransiens vaccae occurrit gravidæ, qui ut erat levis moribus, illam lapidibus appetit, incitavit ad cursum, ita ut abortum passa deinde perierit egeno homini; offendit Dominum vaccæ, & de ipsa interroganti convitiis ac dicteriis ita petulanter respondit, ut miser homuncio capite demissò confusus cum lachrymis abierit. Nunquam juvenem nequitiae & sceleris patrati pœnituit, nec dignam rem, utpote juvenilem levitatem, Confessarii auribus dicendam existimavit. Maturior jam rursum à Parente ablegatur Ephræm, noctu inter dumeta divagatur inops consilii quo declinare posset, tandem ita aberrans ad Pastorum devenit tugurium, à quibus nocte illa exceptus, utpote lassus, obdormivit, intempestâ noctis horâ lupi diripiunt gregem, pastores latrones esse existimantes, Ephræm ut exploratorem comprehendunt & accusant, Judicii sistunt, in vincula, utpote reum conjiciunt. Totis viribus innocentiam suam intendit probare, at frustâ, latronum dux proclamat, & detinetur Ephræm, quadraginta dies peregit in ergastulo, & abstruso vinculatus carcere Ephræm, ubi & alii vinceti duo tenebantur, quorum unum homicidii, alterum adulterii reum accusabant. Cùm autem Ephræm adeò diuturni tæderet carceris innocentem, ut sibi blandiebatur: ecce nocte media infomnis apparet Vir aspectu nonnihil gravis, & mæstum interrogat: Dicito mi Ephræm ob quam hîc detineris causam, quæ noxa tua, quod scelus luis? Domine, ait Ephræm, ob testimonium falsum contra me, quasi latrones ad diripiendum gregem prævius adduxerim; & quantum possum innocentiam meam probro, nil tamen efficio: fateor (ait ille nocturnus hospes) hujus criminis te minimè esse reum; verum non recordaris temporis quo hominis inopis pecus

cup.

oc-

occidisti unicum; ipsumq; maledictis exagitasti & injuriis; num damna illata compensasti? num ejus sceleris egisti pœnitentiam? scito hanc esse causam tuæ adversitatis, & detentionis, quam justissima ordinavit providentia, & quousq; ad Deum non confugeris, frustrâ laboras apud mortales, innocentiam tuam ostendendo. Ut te horum certiorem reddam, vade ad concaptivos tuos & culpam ab eis detentionis in vinculis inquire, de eorum moribus, actibus inquire. Accedit, causam vinculorum querit. Primus ob imputatum homicidium, ait, cuius facti nec unquam cupiditatem habui. alter ait, ob patratum detineor adulterium, cuius innocens, Deum testor, sum omnino. Scrutemur, ait Ephræm, mores & actus viræ: Num contra Deum aut proximum deliquisti unquam, cuius vos non pœnituit? vel pro quo non satisfecistis? nil reperio ait primus, illud solum recordor, quod dum penes fluvium duo secum altercarentur, quorum unus alterum in fluvium demersit, hic præcepis manum extendit, meam supplex petens auxiliarem, ipsi dene-gavi. Alter ait recordor me ab aliis pecunia inductum, falsum tulisse testimonium, in causa adulterii, cuius duo fratres fororem accusabant, ut in ejus succederent hæreditatem, nec illius unquam me pœnituit: Elapsis aliquot diebus rursus comparet vir ille Ephræmo, dicens: Disce hinc divinæ justitiae modum, quod nullum scelus impunitum finiat, frequenter peccata oblivione sopita punit ægritudine, fortuito casu, aut alia adversitate. Scrutare jam te, qui in adversitate, & sub certa ingemis cruce; annon sit aliquid quod fors annis adolescentiæ, utpote liberiore vita, in Deum: aut proximum admiseris cuius nunquam te pœnituit, nunquam injuriam, famam læsam compensasti; reperies non dubito quidpiam quod vindex Dei Justitia punit, præsente adversitate. Experientiâ id didicit S. Pæmon Anachoreta, Leonem hic habuit ita suavem, ut etiam mediâ hyeme succederet speluncæ, & sanctum virum suo calore à frigore, pone

Deus nullum
scelus impu-
nitum finit.

Pæmon Ana-
choreta Ju-
ventutis deli-
ctum luit,
Historia.

pone eum cubans, defenderet; dixerat tamen admiranti Religioso futurum nihilominus, ut à bestia devoretur olim, causam postulanti alteri: Ah ajebat ita Deo visum est, ut in me crimen plectat, quod Juvenis quondam ovium custodiæ intentus admissi. canes enim meos in viatorem incitavi, qui frustatim laceratum peremerunt, etsi malum illud avertere potuissem.

Historia.

Recentius est, quod Hispaniæ Castellanæ libri annales referunt, fuisse videlicet, qui in omni vitiorum genere voluntatis, cùm die quadam esset in templo D. Laurentii, hac se imprecatione, fervore subito correptus obstrinxit: Domina (ante aram Deiparae supplicabat) si in hoc scelus amplius recidero, publici carnificis manus me interimat, illum intelligebat prolapsum, qui erat in ipso celeberrimus; sed peccandi consuetudine relapsus, fidem quâ se Divinæ Matri obligaverat, minimè servavit. Paulò post. Dei misericordiæ abdito & arcano consilio, cuiusdam sævissimè occisi, inq; fluvium projecti nex atrocissima ei imponitur, & falso accusatus, testibusq; convictus, vel potius circumventus, à Juge idoneas probationes intuente, qui erat innocens, damnatur, Sacerdos de more accersitus, re cognitâ, author est reo insonti, ut aliud superius tribunal, appellat, seq; defendat, & mendaces testes, fallacésq; infirmet injurias. Veritatem spondet vetricem, negat reus, se velle divino resistere judicio, illud aliorum delictorum justum esse supplicium; feram, inquit, Judicis hanc pñnam, salutis pignus æternæ, hinc si effugero, quæ mea proclivitas est, flagitia illa præ foribus erunt, quæ proh! dolor tam sæpè commisi. Quare sententiae se submisit, & animo æquissimo pñnam subiit capitalem. Hoc dialogismo disce o! homo Divinam Justitiam, aut potius Divinam Clementiam, quoties tibi adversi obveniunt Casus, quos grave est tolerare & pati, esse omnino præsentis Crucis, adversitatis, depressionis aliquam causam, scelus quodpiam in profundo Cordis adhuc fors sepultum,

& in

& in Divinam aliquando commissum Majestatem, quod nunquam fors pñnitentiâ deletum, & si pro culpa pateris, queri, furere, lamentari desine, erubescere, cogita te dignè pati; nam teste S. Chrysost. *Est consolatio pati, quando cogitat quis se dignè pati,* adducens exemplum cujusdam Religiosi, cui cùm quidam è fratribus diceret: *Non audis, quantum te injuriis laceſſere conantur?* respondit: *Ego per septuaginta annos blasphemans per opera mea Christum, unicum convitum non portabo ab isto?* Miramur, quod vilissimus homuncio Semei maledicens illum Monarcham & potentissimum Regem Davidem, lapides in ipsum tanquam rabidum injiciat canem, miramur, inquam, tantam in Majestate patientiam? cur suum non tuetur rex honorem, scelus & maledicentiam potentissimus non ulciscitur? Cogitabat David sæpius se blasphemasse Dei Nomen, verbo quod S. Chrysost. scripsit se dignè pati cogitabat: testantur compuncti Regii cordis voces: *Dimitte eum ut maledicat, Dominus enim præcepit ei ut malediceret David.* Cùm itaq; Cruces, & adversitates, ærumnæ, depressiones ob scelerâ & flagitia nostra sæpius obveniant, si lenimen experiri desideras: *cogita te dignè pati.* Idem fvatet B. Laur. Justin. dum ad propositum nostrum ita discurrit: *Tunc patienter illata flagella toleramus, cum in silentio mentis ad mala perpetrata recurrimus, quia per hoc, quod culpa pondus agnoscitur, afflictionis pena alleviatur,* patienter unusquisq; adversa portat, cùm piè meminit, quod in se habeat fortassè, in quo debeat tolerari. Dices fanè, quod olim Jeremias: *Pessima est plaga mea, & dixi: hac infirmitas mea est,* id est, mihi debita pro peccatis meis, & ego portabo illam: Et cum Jobo: *Peccavi & verè deliqui, & ut sum dignus panam non recepi;* cum Michæla: *Iram Domini portabo, quia peccavi ei.*

2. Reg. 16.
v. 10. 11.Laur. Justin.
de lin. vit.
c. 50.Jerem. 10.
Job. 33.
Michæla 7.

Nam ut Ecclesiast: *Qui custodit præceptum, non experitur quidquam mali.*

B CA

CAPUT III.

Justis cruces & adversitates Deus immittit
ad majorem eorum coronam.

Discipuli Domini nostri videntes puerum à Nativitate sua lumine oculorum orbatum, quærunt ab optimo Magistro Christi: *Quid peccavit hic aut Parentes ejus, ut cæcus nasceretur?* neq; hic, neq; parentes ejus, reposuit Christus. Ità subinde aliqui gravissimâ premuntur Cruce, adversitate, injuriâ, depressione, morbo &c. ità ut si causam & originem earum adversitatum indagare, & scrutari velis, reperies, quod neq; illi, neq; parentes aut illis subiecti quidquam sceleris in Divinam admirerint Majestatem. *Quid obsecro flagitiis, quid divinorum transgressionis præceptorum erat in Jobo, de quo ipsa cælestis vox: Vir simplex, iustus, & timens Deum, nil sultum contrâ Deum locutus unquam:* hoc testimonium ei dat ipsa de Cælo divina vox: in Cæno sterquilini potentiissimus Princeps decumbens ulcerosus, testa scabiem radens, omni dilectâ orbatus prole, nudus ab amicis & bonis omnibus. Hæc ejus ex simeto ad supremum universi Dominum, lamentatio querulosa: *utinam appendenterentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitates quas patior in statera.* Sexcenti sunt etiam Sanctissimi, maxima religiosæ observantiae exempla & lumina clarissima, insignes Divini Cultus promotores, qui sub diversis adversitatibus, Crucibus, infortuniis crebris, & ærumnis crebro sibi obtingentibus gemunt, queruntur, infelicitatem suam deplorantes: quotquot hujusmodi Crucigeri sunt, accipiunt ii Divi Augustini hac de re dicentis sensum: *Puniuntur justi, ut opresi clament, & clamantes exaudiantur, exaudiiti glorificant Patrem, qui in Cælo est.* Est & alia in præsenti, quam Apostolus intimat, Causa: *Sanctis omnia cooperantur in bonum, scilicet majus, majorem in terris benedictionem,* hanc ex patientia adversitatis expertus post omnium de-

Joan. 9.

Job. 1.

Quærelz Jobi.
C. &
Affictorum
communis.

Prima Causa:
Cur Justi af-
fligantur.

S. Aug. ser.
29. de temp.

Secunda
causa.

deperditionem Job: *Addidit Dominus omnia quacunq; fuerunt Job Job. 42.* duplicita. Et: *Dominus autem benedixit novissimis Job magis quam v. 11 & 12.* principio,) ampliusq; in cælo, & ejusdem tolerantiam corona- vit. Quare quisquis sub Crucis pondere gemis, illud aude, ut quoties occurrit Calamitas, Crux, adversitas quæpiam, e. Crucis Dignitas.

Uniones & gemmæ ex imo maris sinu aut ultimo ori- ente petitæ, sunt hominibus in pretio, at in majori quævis Crux, & adversitas, aut injuria justis irrogata; utinam & ti- bi tanti foret, In speculo Sancti Francisci de B. Junipero le- go: *Hunc, nescio quis, petulanti ore, convitiis impetebat, & hoc in os faciemq;, quod videri poterat impudentius;* cui Vir Sanctus non verbis verba reddere, non convitia convitiis compensare, sed unum illud addere, quod amantis est, solebat: *Amice, imple gremium meum hisce lapillis pretiosis.* Ecce Convitia, diateria (ob quæ tu turbaris) lapides pretiosos vocat, & his impleri vult sinum suum, ut illos scilicet com- portet in Domum felicis æternitatis, probè conscius, quanti inibi essent pretii ac valoris, conscius ex illis sibi posse ex- struere æternam in cælis mansionem.

Aurea ferta, Coronæ, diademata apud pusillos mortales in amore sunt, & æstimatione, gloriantur passim juvenes de Corollis, quibus à suis donantur amasiis; at Crux & adver- sitas in majori esse debet; tuam attestor fidem. Apud Italos Catharina Bononiensis, si quis ei dnm viveret petulan- tius insultaret, si Convitia in ejus Caput jaceret, solebat illico manum Capiti admoveare, quasi Coronam ab illis Capiti suo impositam tenaciter prehenderet, & tenaciùs retineret, nè forte decideret.. Nos è contra male cauti, male providi-

Cruces & ad-
versitatem
lapides p.
Cælo.
Historia.

Cruces &
ærumnæ Co-
rona.
Historia.

eam per fas nefasq; declinamus, & si fortè aliena manu, aut fratri familiarissimi nostri, imposta sit, excutimus, atq; in terram despicientes projicimus, ceu pueri, in quo sane damnandi sumus, magis, quām esset is qui coronam auream, gemmeāmq; aut diadema Regium è capite suo detractum ad pedes abjiceret.

Crux. Mu-
nus pretio-
sum.

Historia.

Historia.

Patientia
pretium.

Oblata pretiosa munera & dona hominibus solent esse in prima cura, verba aculeata, injuriæ, quæ famam laedunt & obfuscant, munera pretiosa sunt, quæ tibi in manum à tuis mittuntur, ea nè excutias, nè averseris, sed ut è cælo tibi delegata munera gratarter accipe, & pro iis memori animo gratias Deo age. Ità certò egit Hispali in monasterio Divæ Dominæ de Gratia, virgo religiosissima Soror Maria de Ascensione, hæc si forte molestiore quamquam voce, si acriore quam par erat, etiam à Superiore sua verbulo, aut ab alio, convitio impedita fuisset, statim ad sacram accedebat ædem, ibiq; coram Sacramento Venerabilissimo in genua abjecta, supplices Deo agebat gratias, tum miro animi candore ad Sponsum suum dicebat Christum: *Ecce tibi o Domine JESU donum, quod apporto, offero, accidet tibi, spero, quām gratiosissimum.* Tale donum acceptissimum Domino uostro est adversitas, Crux, depressio, sinister eventus, verbum asperum, insulsa reprehensio, convitium, irrogata injuria. Ità enim aestimavit B. Maria Victoria, quæ audita est, semel alta ex corde suspiria ducere, quorum causam rogata respondit: *Quia hodie pro JESU mei amore nihil datum est pati, ne verbum quidem,* hinc etiam diem, quo nil adversi accideret, existimabat sibi omnino periisse. De B. Francisco Salesio, Præfule Genevensi, legitur, qui gravi injuriâ affectus, cùm nil de illa vindicanda (quod erat ejus modestiæ) aut detergenda, meditari videatur, illi è domesticis aliquis injectit, ejus rei certè rationem ab illo exigendam, nisi novas pati in dies vellet; subjecit S. Præfus: *Malle se omnia perdere, quām patientiam.* Sic illi patientia omnibus bonis potior fuit & præstantior. Ex his

ex-

exemplis pretium disce Crucis seu adversitatis, si quando ac-
cidit, sustine, & tolera, quia teste Gregorio Magno, *gloriosus
est injuriam tacendo, aut ridendo, quām ulciscendo superare:* Si calu-
mniaris, verbis durioribus impeteris, dic cum B. Junipero:
Amice, dilecte frater, imple gremium meum bisce lapillis. Ex his æ-
ternum tibi in cælo fabricabis palatum. Nil in omni Statu
communius est, quām Cruces five internæ five externæ,
quæ dum obveniunt, præmuniendus est animus, ut sine ex-
candescens, sine signo, si fieri possit, interno, sine interna
commotione toleres, aut cum Maria de Ascens. ad ædem sa-
cram Christo advolans præsentes; suscipiet is, immo pro
gratiosissimo sibi munusculo, vacuum sine gratiali abi-
re non patietur.

Gregor.
Magn.

Wencesl.
Schwartz
S. J. in dia-
Hominis
Christ. fol. 13.

CAPUT IV.

Causæ duæ, ob quas interdum Christus summus Magister crucem & adver- tatem Justis permittit.

Una ex præcipuis causa est, ob quam Deus certam nos Crucem & adversitatem incurrire permittit, ut à nobis tanto avidius queratur. hujus opinionis est S. Bernardus adducens illa: *Revertere Dilecte mi; scire velis, cur se ab illa Sponsus substraxerit?* ut avidius revocaretur, teneretur fortius. Probat hoc duobus exemplis: Primum est de duobus Discipulis periclitantibus in mari, quando Christus ab eis recelsit, nec statim periclitantibus auxilium tulit: Alterum de duobus Discipulis euntibus in Emmaus, cum quibus Dominus jam Castello vicinus monstrabat se longius ire, nec tunc quidem (dicit mellifluus Doctor) istud volebat, sed magis probare fidem & elicere precem. Scis, quid sit hæc Crux tua & adversitas à Deo & Magistro tuo JESU missa? est certum amoris Si-
gnum, quod Deus exhibit tecum ludendo: similitudine de-
claro:

Tertia
Causa Crucis.

S. Bern. ser.
74. in Cant.

B 3

claro: Matér quædam habet filiolum, quem unicè amat, & vix non adorat, totum illius gaudium consistit in infantulo, cum illo ludit, se recreat, & multùm quandoq; temporis illi donat: sed dum parvulus, utpote vivacissimus, matris vi- cissim brachia stringit, cum illa ludit & ridet, ipsa fingit se iratam dicens Joannello: Volo abire, jam te deserо; sed quid? exit per unam portam, illam claudit, & mox acce- dit, aut ad aliquam fenestram, aut ad fissuram portæ, ad vi- dendum, quid facturus sit filiolus? ille non sufferens dile- ctæ Matris absentiam plangit, vociferatur, affligitur, illam vocat mille vocibus, in terram sese projicit, ac varia tentat, interea illa derepentē se dat in conspectum, infantulum am- plectitur, osculatur, recreat dicendo: Fili mi charissime, dulcis, amabilis, sicq; lachrymarum fontem siccat. Sic pla- nè accidit in Casu nostro: Deus ut chara mater ludit quandoq; cum Justo, quasi cum tenero & amantissimo filio, dese- rit te parumper, se abscondit per Crucem aliquam missam, & adversitatem, & attendit quid agas, quid dicas, quid sen- tias: *En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos*, aut, ut Origenes explicat: *Incumbit per fene- stras, & prospiciens provocat exurgere, & ad se venire animam*: Vult experiri, quantum te affligat absentia tua, an ideo tristeris? Vult ut exsurgas ad majora desideria, vult ut altiori voce Cordis & gemitu illum invoces: *Deus, Deus meus, ut quid de- reliquisti me?* & majori fervore Eum quæras; dum ita clamas, quæris, redit amabilior & affectuosius blanditur. Fi- dem evangelico Prophetæ Isaiæ habeas. *Ad punctum (inquit ille) in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te.* In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui, dixit Redemptor tuus Domi- nus. Quasi diceret Propheta: adverte quod hæc non sunt verba mea; sed Redemptoris tui, unde sunt infallibilia, nec effectu carere possunt: *ad punctum in modico*, Pagninus legit, *in momento parvo*, *ad punctum momentaneum deserui te, o! anima dile-*

DEus cum
Justo ludit,
uti Mater
cum filio.

Cant. 2.

Origen, hic.

Isa. 54. v. 7.

dilecta, per brevissimum spatium, septuaginta: *Et cum misericordia magna miserebor tui, quā finē fine gaudebis.* En vocem ha- bes boni illius & misericordissimi DEI, qui in necessitate nulli deest, videtur quandoq; iratus, & indignabundus nos derelinquere, sed quanto post modicum amore id nobis recompensat, & insuper, quod amplius, æterna præmia lar- gitur. Sine comparatione major est numerus Consolatio- nis & misericordiarum, quam Crucis, indignationis & desola- tionis. Abscondit se nobis, ut magis incitet, & efficacio- res addat amoris stimulos, quibus nos diligentiores reddat in se inquirendo.

Altera esse potest ratio præsentis Crucis & adversitatis à Deo permisæ homini justo ad tempus, ut aliis compati qui graviores patiuntur, sciat. Videtur enim, quod nesciat compati miseris, qui miserias expertus non est, & aliquam Crucem, è contrâ qui Crucis & malorum experientiam ha- bet, faciliter ad pietatem movetur. Pulchre Regina illa apud Virgilium: *Non ignara mali miseris succurrere di- sco.* Frat in Israël tempore Eliæ magna famæ, à commu- ni illa Calamitate, nec ipse exemptus fuit Propheta, unde opus habuit, ut DEUS ipſi nunc per Coryum subministra- ret panem, & Carnes in torrente, nunc peregrinari juberet in Sarepta Sidoniorum ad pauperem viduam, quæ ipſi ne- cessaria præberet, sed cur hoc? nonne innocens erat? S. Chrysostomus respondet: *Prophetam unā cum populo punit, ut dum etiam ipse famis supplicio comprehenditur, aliquid misericordia in relaxationem sententiae sua juramento addiscat.* Sic & tu quicunq; viam spiritualem ingredi conaris, nec aliud præter DEum desideras, etiam quandoq; famem & penuriam Consolatio- num spiritualium, Crucem, ægritudinem pati debes, ut in- firmis ac Cruce diversâ pressis compatiaris, nè tam rigoro- sus sis erga illos, sed habeas misericordiam, & Compassio- nem cum omnibus Cruciferis. Henricus Suso narrat de se ipso

Quarta
Causa Crucis
in Justis;
Crucigeris
seu afflictis
compatien-
dum.

S. Chrysost.
ser. de Edia.
tom. I. d. H.

ipso in aliquo suo discursu de unione animæ cum D E O, quod manens unâ die in magno Spiritu excessu plenus consolatione cœlesti, dum vocaretur ad excipiendam pauperculæ alicujus fœminæ afflictæ Confessionem, quæ in ipsum confidebat, responderit ostiario, qui ipsum vocaverat, dic fœminæ, ut alteri confiteatur, ego enim nolo illam audire, tunc subito (inquit Beatus) quando hoc dixi gaudium illud Divinæ Gratiæ reliquit me, quo in Contemplatione fruebar, & ita induratum fuit Cor meum, ut saxeum mihi videretur, unde admiratione plenus Causam à Domino quæfivi, & sensi mihi interius, responderi, sicut tu reliquisti pauperculam illam afflictam, & dimisisti sine Consolatione, sic & ego in eodem momento subtraxi tibi dulcedinem gratiæ, & Gaudium Consolationis meæ ; quare plangens & pectus meum percutiens cucurri ad portam ; & jam abeuntem fœminam revocavi, Confessionem excepti, & illam pro posse consolatus sum, ad cellam postea reversus, dum meditationem meam resumpsi, Deus per summam clementiam suam redditus mihi priorem lætitiam. Nunc ex exemplo sancti Viri advertere potes, quomodo Deus subtrahat nobis spirituales delicias, Crucem, & adversitatem, ægritudinem mittit, ut discamus ægris & crucigeris compati & condolere.

¹⁹¹⁸ De Ipso Deo Incarnato scribit Apostolus exhortans fidèles & Cruciferos, ut totâ fiduciâ recurrent ad Divinam pietatem: Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum per omnia pro similitudine absq; peccato. Non est D. N. J. C. sicut Pontifices antiquæ legis, ad quos homines accedebant cum maximo timore, ne condemnarentur ad mortem, non est Pontifex, qui nesciat compati miseris; an nescis tentatum esse in omnibus & per omnia. Tentatum per omnia, hoc est, ut explicat Cajetanus, probatum, examinatum panis, per omnia genera panarum; ut posset compati afflictis & miseriis pondere oppressis. Sed quid per hæc verba inteligit Apostolus? Igitur Dominus noster non fuisset tentatus,

Historia.

Christus di-
versas exper-
tus est æru-
mias, ut
promptius
indoleret, ad
Heb. 4. v. 15.

Cajet.

tus, si non sustinuisset & expertus esset nostras pœnas & miseras? nonne illi innata est misericordia, an non ille bonus Deus: cui proprium est misereri semper & parcere? qui omnipotentiam suam parcendo maximè & miserando manifestat? Ergo etiam absq; eo quod pateretur compati novaret, & pius esse; omnia hæc verissima sunt, inquit S. Thomas Leet. 3. Sed advertendum est, quod ly posse aliquando importat non nudam potentiam, sed promptitudinem & aptitudinem Christi ad subveniendum, & hoc, quia scit per experientiam miseriam nostram, quam ut Deus ab æterno scivit per simplicem notitiam, atq; ideo, ut esset misericors Pontifex, & fidelis Advocatus hominum, oportuit ut fieret particeps laborum & dolorum nostrorum, & ut non solum theorice ut Deus, sed etiam practicè ut homo passibilis sciret, quid in miseriis pati: nam ita sumus certiores de ipsius compassione & misericordia, utpote Socii & Confortes Crucis nostræ, magisq; exinde prompti & dispositi ad auxilium nostrum. Inter alias pœnas quas Dominus noster sustinuit pro salute nostra, gravissima illa fuit desolationis & derelictionis, quam afflictus JESUS indicavit illis verbis dignis compassionem quæ protulit pendens in Cruce: *Deus Matt. 27. meus, Deus meus ut quid dereliquisti me?* Accedit re-
velatio facta à Beatissima Virgine Sanctæ Brigittæ: Filius S. Brigitta.
meus oculis in cælum directis & lachrymantibus dixit:
Deus meus. Illa verba (subjunxit Mater Dei) ita pene-
trarunt Cor meum, ut nunquam amplius memoriâ excide-
rint: quam vocem nunquam, donec ad cælum veni, obli-
isci potui. S.P. Augustinus contemplans eadem verba Do-
mini nostri ait: *O verba plena amaritudine & dolore!* nam qui S. Aug. Ser.
attentè consideraret ex quam anxi gemitu, ex quam alto singultu, de Pals.
ex quam profundo luctu hæc vox in Cruce proruperit ab ore Domini JESU, nullus est, si haberet pectus ferreum, qui non molliretur compunctione, aut si saxeum, ex compassionem non
scin-

C

scinderetur, ad hanc namq^{ue} vocem petræ scissæ sunt. Protulit hæc verba Christi totus anxius, proprio sanguine perfusus, positus in mari dolorum, deficiens ob pœnas, sed magis ob amorem nostri, dum pro nostra salute in aperiendo nobis cælo defatigabatur, quod erat apertu difficultimum. Sed qualis in re ipsa derelictio fuit? Certum est & de fide, quod Unio quam habet, ut filius cum Patre est inseparabilis: unitas nimirum Essentiæ: *Ego & Pater unum sumus:* Similiter quod Divinitas nunquam ab Humanitate separata fuerit, nam quod semel assumpsit, nunquam dimisit: Insuper quod semper in Christo permanerit illa plenitudo gratiæ, quam habuit ab instanti conceptionis suæ, ideo illum S. Joannes vocavit: *Plenum gratia & veritatis.* In quo igitur fuit derelictus? non quantum ad Unionem, non quantum ad gratiam, sed quantum ad passionem fuit Christus derelictus, Respondet S. Thomas, poterat Deus liberare Christum de manibus Judæorum, & non liberavit, sed permisit, ut se tingerent illius sanguine, & morte crudelissimâ illum afficerent. Dereliquit eum, dum in tantis pœnis nullam imperitus est Consolationem illi sanctissimæ Humanitati. Poterat Pater Cælestis immergere cor dilecti Filii sui in mari Consolationum, aut etiam permittere, ut ab animæ gloria Corpus insensibile redderetur, sed non fecit, imò retinuit potius, & impedivit talem succursum, relinquens illum in manu mæstia & tædii sine omni consolatione interna, ut promptior esset ad compatiendum mæstis, tentatis, & in afflictione positis Crucigeris.

CAPUT V.

Cruces & adversa salus & medicamen
sunt Crucigeris.

Mor-

Mortarium plurimi, ubi aliqua Crux & adversitas à Su-
premo Domino eis evenit transmissa, plures quam olim Jeremias, querulosi fundunt threnos, sedentes inter continuos gemitus & suspiria, volentes præsentem ad-
versitatem, Crucem, tanquam pessimum malum è medio
cordis efflagellare quam citissime: *At malum hoc, quod plerumq^{ue} esse putamus, malum non est,* ait S. Ambrosius. Si præsens
Crux, adversitas, depressio, ægritudo &c. malum non est,
quod ipse Sapientissimus & opulentissimus Rex procul à do-
mo sua esse voluit, *Paupertatem ne dederis mihi,* quid ergo est?
Vis nosse, quid sit præsens Crux, est ingens beneficium, jux-
ta illud Psaltis: *Bonum mihi quia humiliasti me.* Circa
quæ verba ait D. Augustinus: *Humiliatus sum & bonum est mihi,*
flagellatio à Deo est, & gratia est: Et quamvis tibi præsens Crux
flagellum videatur malum, quia nimirum in effectu miser-
abilis est ægritudo, injuriæ præjudicioræ, ex officio, dignita-
te, loco, depressio adversa &c. nihilominus nullum ex his
omnibus malum est: Quid enim ardens ille in fornace Ba-
bylonica ignis, quid, inquam, mali intulit tribus pueris He-
breis? *Nihil,* respondet S. Hieronymus, *Vinculis stricta sunt*
corpora, uruntur vincula, corpora non uruntur, ardens flamma fortuna-
tos illos juvenes cingebat quidem, at nullum eorum cingebat capillum, ar-
debat sine lesione, osculabatur sine morsu, vincula consumebat, non corpora.
Flagellum itaq; DEI non est malum, imò non solummodo
non est malum, sed etiam bonum: quanta bona facta sunt
justo de malo injusti? S. Augustinus: *Iniquus seu impius qui*
flagellum est Justo in manu DEI, infinita natus est producere bona. aper-
tè Propheta David: Deus, repulisti nos & destruxisti nos, iratus es,
& miseris es nobis. Circa cujus textus glossam ait S. August:
O ira misericors & salubris indignatio: *O ira misericors & salubris,*
qua sic irascitur, ut subveniat, sic minatur ut parcat, sic auferat ut resti-
tuat, sic tradit ut eripiat, sic abjicit ut recipiat. Ira Dei nostri, est
ira misericors, odiens ut amet, derelinquens ut auxilietur,
minitans ut ignoscat, spolians ut reddat, destruens ut fortifi-
cet,

Similitudo
à Chirurgo.

S. Augustin.
Serm. 34. de
temp.

ficit, projiciens ut suscipiat. Demus etiam Crucem, aut præsens flagellum, nullum tibi afferre bonum, nullamq; utilitatem, sed potius omne malum, si hoc malum te impedit, & avocat à majori malo, nonnè pleno ore profiteri debes ipsum nonesse malum, nec flagellum. Tertulliani discursus audi à Magno Augustino approbatum: *Dic mihi*, inquit ille Magnus Africanus: *Quid est horribilis Chirurgó, qui instrumentis armatus acutissimis novaculis penetrat usq; ad ossa & medullas, qui ferris acuminatis puncuras dividit, & nervorum conjunctionem, qui carnes ignitis comburit nodis, membra concurrit sine passione, neq; ullam præterit afflictissimi corporis partem, quam non excruciet mordacissimis cataplasmis: audit Chirurgus gementem, mugientem, stridentem miserum infirmum, & nihil tenerescit in illo, quin potius ad instar petræ, & silicis durus persistit, eum carnificem vocat infirmus inhūmanum, & crudelē occisorēm; sed flocci hic facit scommata, nullis flexibilis aut retardabilis contrariis protestationibus, adjurationibus, injuriis aut minis, sed omnibus major, nec apicem præterit ejus, quod sibi proposuit, dividit, lacerat, stringit, distrahit, exprimit, invertit, discerpit sine pietate, omniq; misericordia: imò inter agonias, & deliquia infirmi, inter circumstantium lachrymas, & funestissimæ istiusmodi carnificinæ in horrores ac minas magis, magisq; incrudescit... Quis crederet unquam, hunc tantis confectum tormentis debere postea magno cum affectu, gratiarum pendere actionem suo Artifici? exosculari manus illas, quas paulo ante mutilas desiderabat, & truncatas? easdem auro & pretiosis repleri donariis! id tamen per dies singulos factitari videmus ab iis, qui desperatam salutem per media adeo atrociam, sed salutaria tormenta recuperant. Ita pariter se se gerit nobiscum cælestis Medicus DEUS, eandem Ille in nos piam crudelitatem exercet; destituit te corporali sanitatem, ut infirmitatem auferat*

rat Spiritus, privat te filio, quia nimis in hunc amor obli- vionem tibi Dei inducebat, permittit obscurari famam, bo- numq; nomen tuum, quia tu antea flocci feceras, ut nomen tuum in librum vitæ referretur. omnia tibi præsentia in amaritudinem vertit, quia Ipse vult solis tua suavitas esse & dulcedo, depauperat, sed ut æternūm ditet. Hæc Tertulliani similitudo quantum S. Augustino placuerit, audire non pigeat: Volebat Deus, inquit S. Augustinus, mederi S. Paulo in æternam mortem proruenti, ideo illi tanquam medius se se sistebat progressum inhibens, perterrefaciens, lumine oculorum privans, sed quomodo? Respondet Cælestis Me- dicus: *Ego percutiam & ego sanabo*: Hoc recipere contra cœcicatem S. Pauli: *At o! Paule ne expavescas*, ait S. Augustinus, nè exanimeris ad iecum, quia ferrum, quod vides, auxilium tibi af- feret, non interitum, vitam non moriem, bonum non malum, horrores isti qui te percellunt, tua erunt aeterna salus. Dolorem ingerit, sed ut producat sanitatem, molestus est, sed si talis non esset, utilis non esset. Id ipsum S. Hieronymus sequenti expressit discursu: *Instar Medici non parcit, ut parcat, crudelis est, ut misereatur tui, nec considerat patientis dolorem, sed vulneris san- tatem*. Rursum S. Augustinus: *Percutiet & sanabit, sanabitur omnes langores tui, noli timere, magni sunt inquietes, sed major est Medicus*. Omnipotenti Medico nullus langvor insanabilis oc- currit, tantum tu te curari sinas, manus ejus nè repellas, novit quid agat, fallitur Medicus aliquando, qui promittit sa- nitatem de corpore humano, quare fallitur? quia hoc non curat, quod fecit, Deus fecit corpus tuum, Deus fecit ani- mam tuam, novit quemadmodum recreet, quod creavit, no- vit quemadmodum reformat, quod Ipse formavit, tu tantum sub manibus Medici esto, odit enim repellentem manus suas. Numquid infirmus post liberationem à morte etiam per crudeles & venenatas medicinas obtentam gratias im- mensissimas Medico agit? Ita sane: In quo nos David S. Rex

Intentio Di-
vi a nos pu-
niens.
Deus vulne-
rat & sanat.

Deuter. 32.
v. 39.

S. Augus-
ter. 44. de
temp.

S. Hieronym.
in Comment.
super Ezech.

S. Aug. ser.
102.

Psal. 7.v.1.
v.18.

S. Basil.
Cruces & ad-
versitatem Mi-
sericordia
Dei sunt.

Pro Cruce
DEO gratias
agenda.

Petr. Bless.
opus. 9.

Psl. 59.v.3.

Psl. 98.v.8.

in signi præcessit exemplo, dum DEO Benefactori suo infinitas gratias egit dicens: *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in secula misericordia ejus.* Sed o! Sancte Propheta, quid tibi præstítit Deus? quid? *Castigans castigavit me Dominus, & morti non tradidit me,* permisit me, ut non moverer, flagellavit me, ut à majori flagello me eximeret, fuitq; mera misericordia flagellum meum: *Magna est ira Dei, cum non irascitur,* inquit S. Basilius, que putatur asperitas esse, clementia est. Noli itaq; in adversitate sub certo Crucis pondere nimium queri, plorare, noli Deum Magistrum rigidum & crudelem vocare, quando in te manus suæ flagellum ostendit, quin imò sic flagellatus age gratias, dicens cum Jobo: *Sit Nomen Domini benedictum.* Persæ dum à Rege & Domino suo flagellari jubentur, gratiam & singulare existimant beneficium, quod eorum meminisset: In scholis idem Discipuli Magistris, & Præceptoribus faciunt; nisi pejor gentili, aut puer pertinacior esse velis, age, inquam, DEO gratias pro flagello quia pietas est, non atrocia, licet tibi malum exinde inferat, grandius tamen malum, imò sæpe æternum per hoc flagellum tollit. Unde etiam is, qui nullam sibi à Deo adversitate aut pænam infligi videt, nullam sibi securitatem spondeat, observa Petri Bleſſensis verba: *Procul dubio qui non flagellantur temporaliter cum hominibus, in perpetuum flagellabuntur cum dæmonibus.* David agens ex professo de suppliciis, quibus Divina Justitia gentis Israëliticæ excessus castigavit, ita inquit: *Deus repulisti nos, & destruxisti nos, iratus es & misertus es nobis,* mirandus discurrendi modus, si Deus indignatus erat, quomodo misericors nuncupatur, si percussit, quomodo iracundus? Ubi itaq; benigni ejus favores? Similem contrarietatem producere videtur ipse Psalmista dicens: *Deus in propitiis fuisti eis, ulciscens in omnes adventiones eorum:* quasi diceret: quoniam Severitatem perhibuisti in castigatione populi adeò scelerati:

ti: ideo in nos propitius suisti & humanus, nonne hīc aper-
ta involvitur contradic̄tio? Si ulciscens, ergo flagellat, si
propitius, ergo ignoscit? Quomodo fortassis Divinæ Ju-
stitiæ gladius hastam imitatur Achillis, cui hanc quidam in-
scripsit Epigraphen: *Vulnus opem gerit, aut uti S. Gregorius:*
foris vulnera movet, ut intus delictorum vulnera curet: Pro majori
intelligentia Jasonis accipe historiam, qui propter quoddam
incurabile apostema, quo pectus premebat, jacebat à Me-
dicis depositus & desperatus, hunc itaq; die quādam capita-
lis ex improviso invasit inimicus, qui evibrato gladio locum
feriit apostematis, moxq; eum quem credebat occisum sa-
navit, vice optatā mortis, involuntariam contulit vitam. Ita
Deum nobiscum procedere attestatur Propheta: *Ulciscens &*
propitius est, quando Deus nos castigat, tunc nobis propitiatur,
supplicia DEI nostra sunt utilitas, ita ut quando in nos rigorissimæ Justitiæ manus extendit, tunc nos salvificat. S. Ber-
nardum audiamus: *Hoc vocat propitiatorium, quod eorum Deus non*
pepercit excessibus, & in eo sensu discurrit David: Iratus est & miser-
tus est nobis: Iratus est, ecce tibi flagellum in manibus ejus
ad ferendum te, & postea subjungit: *Misertus es nobis.* Ecce
tibi bonum, & fructum tuum. Pro coronide quisquis es,
qui sub flagello altum gemis, & Crucis pondere spiras, tolle,
lege illud Augustini: *Viriliter age & sustine Dominum;*
quid est sustinere Dominum? id est, si ad tempus laboras, in aeternum
non laborabis; brevis est crux, brevis molestia tua, aeterna erit beatitu-
do tua, ad modicum doles, sed sine fine gaudebis.

Historia

S. Bernardus
ser. 42 in
Cant.
Psl. 59.v.3.
S. Aug. in ps.
26.

CAPUT VI.

Crucis & adversitatis fructus pietas in Deum, & fervor in obsequiis Divinis.

A Neas Sylvius in historia Boëmiæ scribit de Weni- Historia
ceslao Boëmorum Rege, cum omni suo exercitu ab
hoste cæsus esset, ipseq; Rex captus, hunc cum in
erga-

ergastulo & captivitate detentum, quidam ex proceribus inviseret, & ab eo quæreret, quoniam animo esset: *Nunquam meliori, respondit, cum enim omnibus praesidiis vallatus essem, vix de Deo unquam cogitabam, nunc illis exutus omnibus, ipsi soli servio.* Ita pleriq; mortalium (forsan & tu tribulate Lector) sub prosperitatis fortuna dum ab omnibus honorantur, suspiciuntur, dum scrinia ære plena, cum Apollo ridet, solatiis, felicitate, honoribus abundant, mundus blanditur, dum amicorum, Patronorum gratiis tanquam firmissimis stipantur praesidiis, vitam agunt remissiorem, imò subinde profligatissimam, tam mundo politicam, ut interdum dubium sit, cuiusnam fidei, utrum genuinæ & orthodoxæ matris filii, an adulterinæ spurii; ut igitur ad virtutem à vitiis, à mundo ad Christianā politicam, à qua plurimū deviārunt, Deus ipsoſ reducat, spinā, flagello adversitatis utitur, quod dum sentiunt, ad Deum, virtutemq; redeunt, & revertuntur: ita de se Psalmista Regius testatur, cui cùm ex voto fluerent omnia, & secundo fortuna rideret afflatu, Dei, suiq; memoriam pñne excusit; at fibi Deoq; redditus, quando? aut quomodo? ubi grave adversitatis & sinistræ fortunæ onus vertici incubuit; gemebundum audi: *Conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina.* Ubi ingenti tribulationum assaultu, & curarum incumbentium mole pressus, & prope frangus fuit, tum demum ad virtutem, Deumq; configuit, ut onus aut sustineret, aut averteret, & sic conversus est in ærumna sua, dum configeretur & compungeretur spina adversitatis, ad rem Isaías: *Vexatio dat intellectum.* Aptè Spiritus S. in Proverbiis: *Flagellum equo, ē camus asino, ē virga in dorso imprudentium.* Sanctè Gregorius: *Mala, quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellant.* Sanctus Bernardinus apudit similitudine carpit illos, qui mundana fascinati prosperitate deserunt, ut ita dicam, mentem & cerebrum, unde ei, qui alienatum sensu, & mente habet animum, hoc præscribit,

Prosperitas
causa remissæ
Vitæ.

Psal. 31. v. 4.

Cruces & ad-
versitates ad
omne bonum
perducunt.

Isa. 28.

Prov. 26. v. 3.

S. Gregor. in
Pastoralis.
S. bernardin.

scribit, & notat remedium: Solent nempe homines mente alienati ligari, atq; à plantis pedum contundi, ut per dolorem Corporis redeat sensus mentis; sic utiq; qui à sui cognitione alienati sunt à Deo per flagella ad seipſos recognoscendos misericorditer convertuntur. Adducit insuper comparationem de Canibus & Equis: *Ictibus canes coguntur, atq; docentur stare equi, & boves compositi ire.* S. Ignatius adhuc miles alienus erat à perfectionis via, uti cecinit Poëta: *Nulla fides, pietasq; viris qui castra sequuntur.* Quia verò Deus nunquam divinâ suâ errante providentiâ, disposuerat, ut fulcrum esset, & sustentaculum Ecclesiæ à tot hæresibus hoc saeculo infestatæ, fundaretq; Religiosum Ordinem, in quo Sanctitas una cum Doctrina floresceret, quiq; toti Reipublicæ Christianæ proficuus esset, quo medio usus est, ut Ignatius perfectam Dei ac sui ipsius assequeretur notitiam? Globo tormenti bellici, qui crus ejus diffregerat, exploso, in propugnatione Pampelonensi, sauciatus, hoc accepto vulnere non sine acerbissimis Cruciatibus lecto detentus, ac libri spiritu-alis cuiusdam, qui fortuitò ad manus ejus devenerat, lectio-ne occupatus, adeò tactus à Deo, & commotus fuit in corde, ut heroicam illam resolutionem toti mundo & Cælo mani-festatam executus fuerit, tantum profecit existens CRUCI-GER.

Quād durus est non unus ad compunctionem, quād obstinatus in illa Conversione? at si spina adversitatis, aut infortunii quopiam tangatur globo, o! quomodo non emollitur? quomodo non convertitur? *Simile est Regnum Cælorum (inquit Christus,) homini negotiatori, querenti bonas Margaritas.* Cælum esse margaritis contextum scito, ita canit Ecclesia: Portæ nitent margaritis, voluit dicere Sapientia increata: Cælum possidere volentes, similes esse debere margaritæ, at cur non aliæ comparantur gemmæ, fideles cælum intrare volentes inquirō? Adamanti qui

D

sangvi-

Historia.
Exemplo
Ignatius ad-
huc Miles.

Matth. 23.

Margaritæ
proprietas.

Cruces Mar-
garitæ sunt.

Pet. Berch. in
reductione
moralis lib. 9.

Matth. 24.
v. 27.

Cruces spe-
culum sunt
homini &
lumen.

sanguine agni rumpitur, sicut & nos per gratiam sanguine Agni Immaculati Christi cordis nostri duritiem frangimus, assimilare poterat. Rubino Immaculati Cordis Christi, qui cum sit rubicundus & igneus ad Cæli ingressum obtinendum corda inflammada esse amore Dei & proximi, ut doceret illos, æquiparare poterat. Similes Jaspidi coloris cærulei, docenti nos cogitatus nostros debere esse cæruleos gloriæ & felicitati cælesti semper inhærentes, eos dicere poterat, hæc omnino omnia dicere fas erat, sed è natura margaritæ arcanum eruo; illa nascitur in mari, & dum in fundo marino in simu matris conchæ includitur, instar ceræ mollis est, sed è mari extracta, quam non est dura? Ah quam verum est, quod ut in Cælo locemur, nos debeamus esse margaritæ, verum si fuerimus extra fundum maris duri, & immutabiles erimus. Homo ille in fundo lecti æger decumbit, premitur aliquâ Cruce, o! quam est mollis & tener ad verbum spiritale, compungitur & statim plangit, bona est margarita & paradyso digna, sed si mari egrediatur, si Crucibus subducatur, ah quomodo induratur? quomodo pervertitur? Consolations te indurant, afflictiones, Cruces justificant, hinc Petrus Berchorius è natura gemmæ hanc eruit doctrinam: Margarita (inquit) in mari mollis est, maximè dum est in viscere matris, duratur autem eviscerata. Tales sunt mali, qui dum sunt in aqua adversitatum molles, & benigni sunt, si vero inde extracti fuerint, per obstinationem prorsus indurescunt: Cruce cor liquefit, Consolatione obduratur.

Nec mireris dicta; scire cupis, cur afflitus convertatur & Cruciger, quia in speculo Crucis, fallacias mundi, laqueos diaboli, suas miseras videt: Sicut fulgur exit ab Oriente, & patet ab Occidente, ita erit adventus Filii Hominis. Scendum quod dum Deus nos afflictionibus exercet, afflictionem & Crucem esse fulgur ab Oriente ad Occidentem usq; perveniens; at dices, te non capere, quomodo afflictio sit ful-

gur

Similitudo.

gur ab Oriente ad Occidentem usque perveniens? Fulgur illico evanescit; sed Crux, afflictio quādiu durat? Nascimur flendo, vivimus suspirando, morimur gemendo, quilibet dolet, nullus non lamentatur, paupertas nunquam desinit, persecutiones semper durant, ægrimonie, infortunia, continuò ferè, nullus est qui non semper se afflictum asserat? quomodo ergo afflictio fulgur erit? adverte: Contingit nonnunquam, ut tenebræ viam præcludant, & en Cælum tonitribus tempestatem minatur, & fragores Cæli, lux fulguris præcedit, & suo splendore semitas distingvit, & viā monstrat, fulgur viatores confernat, sed simul foveas prodit, & præcipitia ostendit; sic Crux & omnis adversitas fulgur est exanimans: at simul est illustrans. In nocte obscura agis peccator, tenebris vitiorum involveris, viam invenire non potes, inter rupes, foveas, præcipitia, ruinas versaris; sed illico te ut apparitores insequuntur. Crux certa premitt & afflit, & velut fulgere illustratus, te in speculo consulis per Cruces, depressiones, infirmitates, laqueos, quibus te Dæmon vincit, fossas in quibus præceps ruisti, Casum in quem cecidisti, deprehendis. En lumine hujus fulguris, Claritate hujus speculi, futuras miseras & extreum exterritum effugisti; S. Bernardino, hujus hic conceptus Authori, crede: Ex fortis (inquit) nubium concussione Corruſatio in Aëre generatur, unde etiam in noctis tenebris Circumstantia pericula subito lumine demonstrantur; Sic ex tribulationum quassatione mundus iste plenus laqueis, & periculis potest cerni, atq; dignosci, per tribulationem enim mens illustratur, ad Cognitionem Dei; miseriæ, Cruces sunt divina Specula, in quibus fallacias mundi, & viam Cæli inventimus. Hinc & Jeremias de Crucibus & adversitatibus, quas homo interdum patitur, dicit: Erudit te defectio tua: sed quomodo defectio erudit, cum defectus Magistri ignorantiam, non eruditionem causet? quomodo ergo dicit: Erudit te defectio tua! O quantum cerebrum opum diminutio acuit;

D 2

Ado-

S. Bernardino.
Ser. 3.

Crux Doctor
& Magister.
Jerem. 32

Juvenis.

Adolescens ille opibus affluens stulta opera ageret, sed pauperitate sapient, Pater filium ferulæ Pædagogi subjicit, ut proficiat, Deus à domo tua secedit, ferulæ adversitatis te subdit, non ut te tormentis subjiciat, sed ut cautus evadas. Nauclerus cogitationibus vento secundo vagatur, sed dum scopulos timet, attentus est; si sine cerebro Deum deseruisti, & in miseriis hæres, erudier te defectio tua, defectio opum, quibus fruebaris Deum aversando, adversitates, quas à Deo sequestratus, libasti, effectus sunt Providentiae Dei, ut cerebrum recipias, & ad Deum redeas, sic agitur, ait D. Chrysostomus, cum Deus procul abeat, anima discerpitur, & cor dolet, & qui urgent, insultant, & omnia scopuli sunt, & præcipitia, hæc autem in utilitatem nostram permittuntur, ut qui pigriores sunt, studio majori eo redeant, unde exciderunt. Erudit enim te defectio tua.

CAPUT VII.

Exempla Crucigerorum, qui ad DEI suiq; cognitionem per cruces & adversa redierunt.

Seneca.
2 Paralyp.
c. 33. v. 13.
Manasses.

I. Machab. 6.
v. 12.

Antiochus.

S. Aug. ep. ad
Probus.

Gentilis licet, pulchrè tamen ad rem nostram dixit Seneca: *Calamitas virtutis occasio est.* Quis Deo plus restitit? quis contumacior Manasse? in tenebris ambulabat omnis generis malitiæ, idq; cum scandalo cæli & terræ, at lumen recepit veræ notitiæ in sua captivitate, & humilatione, & cognovit Manasses, quod Dominus Ihesus est Deus. Rex Antiochus implacabilis populi electi inimicus cultusq; veri Dei infenissimus hostis, at castigatus in angustiis mortis confessus est: *Nunc reminiscor malorum, qua feci in Jerusalem, unde & abstuli omnia spolia aurea & argentea, qua erant in ea, cognovi (Crucis ægritudinis depresso) quia propterea invenerunt me mala ista.* O! quam pulchrè S. Augustinus: *Molestia & tribulationes temporales plerumq; profundunt ad sanandum tumorem superbia.*

Na-

Nabucchodonosor ad tantam perverterat arrogantiæ, ut Nabucodonosor. præter seipsum nullum alium existimaret Deum, (percurre visionem, quam habuit Daniel Propheta de magna & proœtra illa arbore, quâ denotabatur ipsius Monarchia,) & quis modus fuit se cognoscendi & confitendi cœcitatem & superbiam suam? quando obsecro cognovit se esse hominem aliis similem? Tunc nimis quando induit formam bestiæ, tunc quando ex hominibus abjectus est, quando fænum, ut bos comedit, & rore cæli corpus ejus infectum est, donec capilli ejus in similitudinem aquilarum crescerent, & unguis ejus quasi avium. Amarum erat tanto Monarchæ sic humiliari, qui aliquando armorum suorum potentiam totum terruit ac tremere fecit mundum, ac tot annis vixit, stetitq; in culmine Regiæ magnificentiæ, ac prosperitatis mundanæ; quando, inquam, ad pristinam rediit formam? Audiamus ipsummet Regem: *Igitur post finem dierum Ego Nabucchodonosor oculos ad cælum levavi, & sensus meus redditus est mihi, & Altissimo benedixi, & Viventem in sempiternum laudavi, & glorificavi.*

Theodoreus ipsum Regem introducit sic loquentem: Ego (inquit) non sine causa adjecit Ego, sed ut omnes homines doceret, quasi dicat: Ille ego qui tantâ arrogantiâ dixeram: *Quis est Deus, qui eruat vos de manibus meis?* qui somniaveram fore, ut in cælum ascenderem, & super astra ponebam thronum meum, experientiâ doctus didici, quid deceat. Meo supplicio sapere didici, meam servitutem agnovi, idcirco etiam in cælos oculos meos susstuli, quod simul a feci, mens mea ad me restituta est. Sequitur, quod nostro inservit proposito: Cum experientia didicerit, quid homo, quid Deus? Altissimum, & Viventem appellat, & Regem sempiternum vocat, propriamq; tenuitatem agnoscit. Theodoreus hujus opinionis est, quod nulli hominum Cruces & adversa tam bene aperuerint oculos aut lynceum communicaverint visum, uti huic Regi, siquidem hanc notatu dignam addit propositionem: Tantum utilitatis ex Calamitatibus

D 3

Nabucodonosor.

Daniel. 4.

Theodore.

in Daniel,

tatibus percepit Nabuchodonosor, ut Prophetæ instar de Deo & sentiat & loquatur, ex Atheista factus est Propheta, Cruce Professor. Examinat deinde illa verba (*magnificientia amplior addita est mihi*) hoc idem pietatis plenum est verbum, neq; enim dixit: Magnitudinem ampliorem adeptus sum, sed addita est mihi, & largitorem significans, & donorum commen-dans Auctorem. Paulò post in illa verba (Nunc igitur *Ego Rex Nabuchodonosor, laudo & magnifico & glorifico Regem celi*) subdit: Expertus molesta, deinde ab ipsis liberatus, laudo & celebro eum, qui hæc & illa utiliter intulit, & sapientissimè agnovi ipsum cæli Regem & omnium Dominum, veritate ac justitia omni moderantem. Hunc Crucis effectum in Considerationem ducebat B. Laurentius Justin. agens de resurrectione Spiritualis animæ & afferens: *Videsne quam fructuosa sit Crucis vexatio, qua ex quo animo adversa patientibus tam præclarum tribuit intellectum?* Sanè nullus intelligentior ac sapien-tior eo, qui Dei habet notitiam. Ingredere claustra, oculos conjice in angustas Religiosorum cellas, ibidem inter cili-cia Saccos, Disciplinas, Jejunia, Cruces adversissima sustinen-do, reperies homines, imò Angelos illuminatos in perscrutandis cælestibus mysteriis occupatissimos. Saulus quam-vis studuisse in Schola Gamalielis, attamen exiguo adeò potiebatur veri Dei lumine, ut toto conatu persequeretur Christianos, adeò cœcus erat, ut de eo afferuerit S. Lucas: *Aperi-tisq; oculis nihil videbat, sed quando aperuit oculos luci, quæ circumfulsit eum de Cælo, & clamavit: Quis es Domi-ne?* Quando insuper promotus fuit Doctor Gentium, ditta-tusq; thesauris illis, de quibus ipse met scribit: In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei? tunc videlicet quando Scholam Crucis adiit in campo Damasci equo præcipitatus, quando tribus diebus cœcus factus, & famelicus tandem audivit decretum divinum: *Ego ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati,* pleramq; ani-

B. Laur. Just.
lib. 2. de Spi-
rit. Animæ
resur.

Crux Magi-
ster.

Actor. 9.

Saulus in
Schola Cru-
cis fit Doctor.

Crux Paulum
in Doctorem
promovet.

malis homo non percipit ea, que sunt spiritus Dei. Contingit tamen homines dissolutos, bestiales, scurriles aperire oculos suos, cùm tanguntur, verberantur, fustibus adversitatis, & non obstante pravâ naturâ, maloq; contracta habitu acquirunt lu-men & notitiam Dei, ad quem conversi sunt, agunt pænitentiam. pulchrè David: *Tribulatio & angustia inveni- ps. 118.* runt me. Et quid inde secutum: *Mandata tua medi-tatio mea est.*

De Protoparente nostro cecinit idem Psalmista: *Homo Gen, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est ju-mentis insipientibus, & similis factus est illis.* Non constat Protoparentes nostros in illa amænitate terrefris para-dysi, ubi omnia abundabant, aliquem excitasse actum amo-ris, gratitudinis, reverentiæ, & adorationis erga Deum Cre-atorem suum, unde non sine causa dixit Psalmista: *Non in-tellexit.* Quando ergo aperuerunt oculos, & cognoverunt Adam. Deum? in nuditate, in exilio constituti: *Aperti sunt oculi amborum;* etenim; ut benè advertit Gregorius Magnus: *Greg. Mag. Oculos, quos culpa claudit, pæna aperit:* Verum est, quod ab initio habuerint oculos apertos; at solùm corpo-ris, non animæ. Unde Symmachus loco horum: *Aperti sunt oculi amborum,* legit: *facti sunt intelligentes, acquisiverunt verum lumen in experientia misericordiarum suarum, ad quas se condemna-tos viderunt:* *Non exteriores oculi* (ait Rupertus) *sed interiores, quos contra Deum clauserant, aperiuntur, quia videlicet veracem Deum, serpentem vero in sua miseria cognoverunt.* Quot sunt, qui talpa-rum instar vivunt in abundantia temporalium bonorum, & nunquam ad cælos eriguntur: *Incrassatus, impinguatus dereliquit Deum factorem suum.* E contra virgâ ærumnarum, Crucis, adversitatum castigati, transmutant se in Argos, ad Deum oculos & cor dirigentes. Atheum se declaraverat Rex Exodus 5. v. 8. Pharao: *Nescio Dominum, quis est Dominus ut audiam* voxem

Gen. 3.

Rup. in Gen.

Greg. Mag.

Rup. in Gen.

Exod. 5. v. 8.

Rex Pharao.

Docem ejus? Ast quām primum flagella iræ divinæ in se totumq; Regnum concitata senserat, Moyses & Aaron imploravit intercessionem, ut pænam illam deprecarentur, placentq; Deum illum, quem se ignorare declaraverat: *Orate pro me.* Adversa ducunt nos in notitiam, reverentiam & amorem Dei. Immō tanta vis Crucis & effectus adversitatis, ut ipse Lucifer aduersitate depressus debitâ submissione adorare coactus sit Filium Dei: *Super astra conseruam, exaltabo filium meum, similis ero Altissimo.* Theologorum non infimæ Authoritatis exstat opinio afferentium Causam, cur superbus ille Spiritus præceps corruerit in abyssum inferni, esse quod Filium Dei Incarnatum adorare recusaverit: Et cùm iterum introducit Primogenitum in orbem terræ, dixit: :

Adorent eum omnes Angeli. Cùm igitur Lucifero revealatum esset Incarnationis mysterium, ipse verò Christum nostra Carne investitum adorare recusaret, rebellis factus est, & ad rebellionem suam pertraxit tertiam partem Angelorum: toto hoc supposito eamus ad S. Lucam, ibidem inveniemus, quòd cùm Salvator noster transisset in Regionem Gerasenorum, obvium habuerit hominem à Dæmone obsessum, qui in terram prostratus adoravit eum: *Is, ut vidi*

Luc. 8 v. 28. *JESUM, procidit ante Illum:* Quale amabo motivum habuerit superbissimus hic Spiritus humiliandi sese in hoc actu Cultus latriæ: *Obsecro te, dicebat, ne me torqueas.* Tribulatio & angustia, quām plus solito patiebatur, ursit eum ad hanc Cognitionem, pulchre Origenes: *Ubi tormenta senserunt, sciunt Dominum.* Pro coronide & confirmatione hujus veritatis historiam adhuc appono. Petrus Matthæi in historia Henrici Quarti narrat de Ludovica Lotharingica, Henrici Galliæ & Navarræ Regis uxore, quod potior pars vitæ magnæ hujus Principissæ palæstra fuerit molestissima omnium & gravissimarum afflictionum: sic tam parùm à doloribus & adversis exempta sunt redimita

Coro-

Ad Heb. 1.
v. 6.

Lucifer.

Luc. 8 v. 28.

Origen.

Historia,
Ludonica
Lotharingi-
ca, Henrici
Galliarum
Regis Uxor.
Profectus sub
Cruce.

Coronis capita, ac nuda, afflictio & mæstitia optimè penetrare novit honores & dignitates. Nec eximæ ejus conditioni pepercit, quod tamen ipsa non minus sapienter dissimulare scivit, nullo edito signo, ex quo humanus oculus de integra sua passione judicium ferre posset. Tres vel quatuor primi anni à sponsalibus in omni deliciarum genere transierant, non poterat Rex finē Ludovica iter aliquot suscipere, aut festivitatem aliquam absente illa celebrare, nec unquam alterius esse, cùm totus illius esset, animi verò relaxationes nonnisi secundūm Conjugis desideria capiebat. Illa coronata fuit Regina, bis in Regni Comitiis sedit, omnis conditionis Legatos illa exceptit; sed ardores illi vehementiores, in Rege paulò post refrigerabant alienis amoribus capto. Desit cor ejus solius illius esse heliotropium, & arbori juxtâ viam plantatæ non absimilis factus est Rex, cuius fructu transeuntes quilibet fruuntur: dat se in prædam illicitis voluptatibus, non expetit amplius, ut Ludovica se ornnet, vel in festivitatibus, aut conversationibus compareat, imo præsentia nauseam & fastidium Regi parit. Binâ vice Lugdunum relictâ Conjuge proficiscitur, ex natura in novitates & quidem immodece propensa: Principes è Reginae prosapia orti, jam à Regis favoribus amovebantur, quæ res maximam Ludovicæ afflictionem creavit, cùm suos amore tenerrimo complectetur. Et ecce per adversitates, per hanc viam ad Deum ducitur Ludovica, tota spiritualis evadit, & saepius in Ecclesia nunc, quam in Regio palatio conspicitur. Cor eius semper ante faciem Domini erat, haud aliter, quām arca testamenti una cum virga sancti timoris, cum tabulis legis, & manna suavissimæ & dulcissimæ contemplationis: verum thuribulum erat pectus illud, ex quo fragrantissimus piissimo cum desideriorum æstu odor ascendebat, in quo carbones divini amoris jugiter ardebat, patientiae & devotionis spiriis semper afflati. In diebus etiam amænioribus cum serenior aula esset, illa Crucem in

E

ani-

In Dignitatis
bus Crucis.

animo gerebat. Publicæ lætitiae devotionem ejus, & spiritualia exercitia nec momento poterant interrumpere: Ubi choreis interesse contigit, quid ageretur, tam parum considerabat, ut nec sciret, cum qua hic vel ille saltaverit. Jam non amplius eximiam illam, quæ cunctis & amabilis & admirabilis reddebat, venustatem colebat: lilia & rosæ, quibus tinctæ erant genæ non annorum protractæ serie, sed adversitatum rigoribus decoctæ langvuerunt. Nihil jam ipsi præter Deum sapiebat. Mortua tandem est, ut vixit, eamq; Dominus à terris solvit, ut stellam figeret in cælis. O Ludovica, si affectus Regis terreni Sponsi versus te non fuisset imminutus, affectus tui erga Dominum JESUM CHRISTUM, nunquam sic excrevissent, exarsissent nunquam, ita verūm, Crux, calamitas virtutem parit.

CAPUT VIII. De injuriis, calumniis, quæ sunt Homini justo magna crux & tribulatio.

Calumniæ ef-
fectus Con-
turbatio.

Ecclesiast. 7.

Prov. 2.

GRATISSIMAS inter reliquas, quas Sanctissimi sustinent, adversitates est Contumelia, aut Calumnia. Tam potens hæc spina est, ut Ecclesiastes quasi expertus loquatur: *Calumnia conturbat sapientem, & perdit robur cordis illius*, qui in parabolis suis virum Justum nulla ex re contristari, aut quidquam timere jussit. *Non contristabit justum, quidquid ei acciderit*, tam potentem esse dicit, ut ad virum justum perturbandum, eiq; omnem animum, spiritum eripiendum prævalere posse, afferat; dicit enim: *Conturbat sapientem, & perdit robur cordis illius*, talis naturæ est, tantumq; in se continet pondus, ut sæpe etiam iis, qui velut Atlantes firmamentum sustentant, injuria una aut contumelia insupportabilis fiat. Invenitur sæpe sacros inter Heroës, qui, licet in Certaminibus de mundi blanditiis,

leno-

lenociniis, sensualitatibus, tyrannis crudelissimis, spiritibus tartareis, ipsōq; Orco gloriose triumphaverint, sub levi injuriarum & falsarum imposturarum spina non modò vacillaverint, sed succubuerint. Perspecta omnibus eximia Moy-sis mansuetudo: *Erat Moyses Vir mitissimus* super omnes homines, qui morabantur in terra, & tamen quando à Core, Dathan, & Abiron atrocem illam injuriam passus est, quasi sibi Principatum populi Aaroni fratri suo summum ambivisset Sacerdotium: *Exacerbaverunt spiritum ejus* continere *Psalm. 105.* se non potuit, quin indignatione motus lamentaretur coram Domino. Iratus ad Dominum clamat: *Ne recipias Num. 16.* sacrificia eorum. Tu sis, quod ne asellum quidem unquam ab eis acceperim, nec affluxerim quempiam eorum, super quem locum Titelmann: in Eccles. *Ecce quomodo conturbatur ab injuria, is cui testimonium perhibet scriptura, quod Vir mitissimus fuerit super omnes habitantes in terra;* Sed & aliás populi murmurantis adversus se, & Deum calumniā eō adductus est, ut quasi cum Deo altercari videretur, dicens: *Cur afflixisti servum tuum, impatiens injuriæ,* Jeremias prophetans Jerusalem tradendam *2. Jeremias.* Chaldæis, pro Pseudopropheta, Amico Chaldæorum, Prodigatore Patriæ indigitatur & proclamatur, hinc ejus ad Deum gemitus & querelæ: *Factus sum in derisum, totā die sub-fannant me.* David vir erat generosissimus, vir inquam, *3. David.* qui annis juvenilibus, adhuc feroce dilaniavit Ursos & Leones, generosum imò invictum animi sui robur sufficienter probavit, quando ingentem illum colossum, rabidum potius dixerim, in populum Dei molossum, velut montem ex carne & ossibus compactum, Goliath inquam, gloriose prostravit, quantumvis omnes aduersum se conjurassent exercitus, furæ lacefiverint avernales, nullo percellebatur imperturbatus timore: *Si consistant adversum me castra, non timebit Psal. 26;* cor meum. *Si consistat adversum me prælium, in hoc ego sperabo.* Ad Ursos, Leones efferatos, prælia, castra impavidus David,

E 2

I.
Ob calumnias
turbatur
Moyses &
lamentatus.

Num. 12. v. 3.

Titelmann:
in Eccles.

2. Jeremias.

Thren. 3. v. 14.

3. David.

Ursos.

ad verbum adversum se injuriosè latum ita exhorreficit, ut in transgressionis baratum divinorum præceptorum se præcipitandum esse vereatur: *Redime me à calumniis hominum.* Cur id generosum pectus à Deo efflagitas? ut custodiam, inquit, mandata tua, ergone jussa Dei ob verbum injuriosè latum in se, exequi non valet David? S. Ambrosium audi: *Qui opprimitur injuria, non facile potest custodire mandata divina, tristitia necesse est plerumq; aut timori cedat, & affligatur metu calumnia, vel dolore.* Expertus hunc dolorem & metum S. Basilius, qui cor suum ex ea injuria fauciatum esse dixit, quæ eum secretæ cujusdam cum hæreticis intelligentiæ regum esse dicebat, verba Sancti sunt: Ad tam inopinam & subitam immitationem animo perculsus, nec respondere quidem poteram, palpitabat enim mihi cor, & lingua hærebat, manus stupebat, & planè patiebar, quod animo solet parum forti accidere; unde ubi vulgata nostra legit: *Calumnia conturbat Sapientem.* Septuaginta legunt: *Circumfert Sapientem.* Pagninus: *Insanos facit.* Tigurina: *Ad insaniam redigit.* Ratio cur hæc conturbet, quod homo ex eo, quod sit rationalis, ingenuæ & nobilis naturæ, summè appetat honorem & famam, hujus enim cupido illi intima est, & qui illam tangit, tangit pupillam oculi, imò pungit medullam animæ, quare multi malunt perdere vitam quam famam: Sapientis autem honor situs est in sapientia, & innocentia, quare qui illam tangit, calumnia aut injuria pungit intima animæ ipsius, hinc Ecclesiastes timuit calumniam mendacem: *Invidia integratis affecta, calumnia dira pestis.* Novit S. Basilius, quantum hæc conturbet hominem innocentem, dum diceret: *Ad calumnias tacendum non est, non ut contradicendo nis ulciscamur, sed ne mendacio inoffensum progressum favemus, aut eos, qui seducti sunt, damno inharere sinamus.*

S. August.

Ecclesiast. 26.
S. Basil. v. 6.

Ad calumniæ
as antace-
dum?

4.
S. Basil. epist.
ad Patrophil.
Epis.

S. vero Augustinus in vita Godefridi Comitis ait: *Ocalum-
bns*

370

columbinum gratauerit suscipit humillima ac mansuetissima charitas, dentem verò caninum vel evitat cauissima humilitas, vel retundit solidissima veritas. Et S. Chrysostomus: *Qui injuste injuriar in quempiam facit, aut ira, aut aliquæ perturbatione incitatus, is quasi manus auferre videtur Socio; qui autem non defendit, nec obſtit, si potest, injurias tam est in vito, quam si Parentes, aut amicos, aut patriam deserat. Hæc pro tuenda fama, & retundenda calumnia.*

CAPUT IX.

Qvis modus servandus Crucigeris ob injurias & calumnias sibi illatas,

DUrisimis profecto bolus homini Justo, sapienti, honorato, injuria illata, calumnia irrogata, novi tam conturbatos ob calumnias mendaces delatos, tanto perè ut animum ab omni pio exercitio & profectu in virtutibus alienum prorsum habuerint; at medicamentum tamen est, ipsum scilicet bolum injuriæ totaliter digerendi: Accusatus, falso delatus es, quod nimium fastuosus, dum modestus; luxuriosus & adulter, interea integer vita, scelerisq; purus; delator, turbator communitatis; est durus omnino bolus, at mollior fiet, si injuriam, quam pateris innocenter, contrariis actibus tuisq; motibus refellas, esto igitur sobritus, castus, liberalis, mansuetus, pius, pacis amator, taliter vivendo malevolorum & invidorum hominum os compesces, ita ut te vivere videntes homines superiores, ex actibus contrariis videbunt calumniam, delationem esse falsam, injuriosam, quidpiam vindictæ, aut invidiæ suspectum. Unde singularis calumniosæ injuriæ confutatio est vita innocentia & Sanctitas: quocirca Demosthenes teste Stobæo dicitur: *Calumniam aliquantis per quidem audientibus maij suæ pitionem ingerere, progressu verò temporis nit ea imbecillitus esse!*

E 3

z. Magno

Modus inju-
rias sustinen-
dis

Demosth.

ser. 40.

S. Chrys. lib.
de Fratern.
Cler. c. 19.

2. Modus su-
perandi calu-
mnias, race-
re.
Lev. 19.v.18.
S. Chrysoft.
de Frater.
Cleri c. 19.
Seneca.
Ad Calumni-
as tacuit
Christus.
Leo ser. 5.
de Passo.
S. Chrysost.
hom. 2. ad
pop.

2. Magno & infraicto animo, opiniones aliorum ac di-
steria despice dicásq; cum Augustino: *Seni de Augustino quod-
libet, sola coram Deo conscientia mea accuseret.* Sapientius præsentis
Tyberius Cæsar, cui cùm adulator diceret, quām multi de
eo obloquerentur: *Non curo, inquit, quia in libera civitate libera
debent esse mentes & lingue.* Scriptum etiam Levitici: *Non
quæras ultionem, nec memor eris civium injuria.* Aut dic cum a-
lio: *Loquantur quod placet, quia diligentiam auribus, lingue tacitur
nitatem, & animo quietem indixi.* S. Chrysostomi consilium audi:
*Si habitas cum proximo tuo re injuriante, esto sicut columna lapidea, que
si injuriatur, si glorificatur, non extollitur, nihil enim fortius, nihil magis
egregium, quām audire noxia. & non respondere contraria, dixit Seneca.*
*Si vis vindicare, file & funestam injurianii dedisti plagam, nam ut tur-
betur inimicus, sis valde bonus, patiens enim de hoste triumphat:* Vi-
demus enim quòd ipsi, qui injurias, calumniisq; aliis infen-
runt, miro modo affligantur, cùm eis non respondetur, pu-
tant se despici. Hoc modo CHRISTUS in passione &
morte sua calumnias & accusations falsas adversus se de-
ferentes in Adversarios detorsit: *Non respondit verbum,
itā ut miraretur Præses vehementer.* Super quæ Leo de
Passione: *Producto JESU ad Caipham quo Scriba & omnis Sacerdo-
talis Ordo convenerat, falsa adversus Dominum testimonia querebantur,
sed inter inconditas & dissonas voces hoc JESUS mirabiliter elegit, ut
taceret.* Pulchre S. Chrysostomus: *Sicut (inquit) voluptas non
in ciborum apparatu, sed in comedentium affectu sita est, hac & de con-
sumelias dico, quod calumnia non à calumniantum sententia, sed à pa-
tientium affectu destruitur. v. g. Multa quidem in te fanda atq; ne-
fanda contumeliosè egit, si contumelias despixeris, si verba
non suscepseris, & vulnere superior sis, contumeliam non
es passus. Et quemadmodum si corpus adamantium ha-
beremus, & si innumeris undiq; telis percuteremur, vulne-
ra non reciperemus, non enim à manu tela torquente, sed
à corporibus patientibus vulnera fiunt. Sic & hic non à ca-
lumni-*

luminantium insaniam, sed à patientium contumelias imbe-
cillitate, injuriæ, & injuriarum contumeliæ constituuntur:
Si enim philosophari sciamus, nec contumelia affici possu-
mus, nec quidquam grave pati: ille injuriam intulit, non
sensisti, nec doluisti, non es injuriam passus, sed & magis
percussisti, quām percussus es. Cùm enim qui contume-
liam intulit, plagam suam ad patientium animum non per-
venientem viderit, ipse majorem in modum roditur, &
tacentibus contumeliā, injuriam patientibus, sponte con-
tumeliarum plaga contrā mittentem converfa infertur.

Idoneus ergo modus contumeliosas injurias confutan-
di, est tacere, non irasci, dicteria hominum, quæ ex invidia,
aut alio morbo sparserunt, contemnere. Deus enim solatia
patientibus singularia emittit. Experienciam constat Viros
perfectos, qui hilariter tolerarunt calumnias, sui contem-
ptus, falsas accusationes, humiliations, depressiones, morti-
ficationes, injurias, persecutions, miras à Deo habuisse con-
solationes, atq; illuminationes, iisq; ita subinde repletos &
obrutos, ut noluerint iis carere, sed in illis quasi epulis deli-
ciarentur, & exultarent. Ita Abbas Cyrus apud Climacum
gradu quarto de obedientia. In monasterio per annos quin-
decim assiduis calumnias & injuriis exercitatus hoc moriens
dixit: *Gratias ago Tibi Domine, & vobis Fratres charissimi, quod me
ad salutem meam tentatis jugiter.*

Religiosi eu-
jusdam in
morte vale-
dictio.

3. Resignare innocentiam suam à Deo efflagitando, ut
innocentiam declaret, & manifestet, ita faciebat David:
Judica me Deus, & discerne causam meam. Et alio
Psalmi: *Judica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus
sum, & in Domino sperans non confirmabor.* Et rursus: *Domine Deus
si feci istud. Judica me secundum justitiam meam, & innocentiam.*
Deus enim singularis est Tutor innocentiae & vindicx inju-
riarum. Multis in hac vita, omnibus innocenter diffamatis,
spectante toto mundo, cælo, Angelis, in universali judicio
inno-

Psal. 42.

Psal. 25. v. 1.

Psal. 7.

innocentiae famam restituet, imò sèpius nunc id exequitur,
uti ex capite sequenti patebit.

CAPUT X.

Deus calumnias Innocentibus ex malitia,
& invidia irrogatas, earumq; falsitates
detegit, & manifestat.

S. Bernard.
ser. 17. in
Cant. in Psal.

71.
Deus tuerit
innocentes.

r. Susannam.

Dan. 13. v. 31.

Dan. 13. v. 23.

S. Bernardus in Serm. super Cant. ad illum Psalmistæ lo-
scum: *Salvos faciet filios pauperum.* Ita scribit: *Ubiq;*
& semper judicabit Dominus populos, & humiliabit Calumniato-
rem. Ubiq; & semper defensabit suos, propulsabit nocentes,
& tollet virgam peccatorum de super sortes *Fusorum*, ut non extendant
justi ad iniuriam manus suas. Nota est unicuiq; illa notissima
castissimæ Susannæ historia, *cum* dum effræni seniorum illo-
rum judicum libidini consentire nollet, senes illi hanc in-
usserunt injuriam, quod scilicet cum juvne quodam dimis-
sis ancillis & pedisequis suis se commiscendo thorum con-
jugalem violasset, hujusq; se oculatos testes esse affirmaba-
bant, utpote qui juvenem ab eorum se conspedi fugâ se
præcipitem conspexissent. Quorum verbis populus ni-
miū credulus fidem adhibens, eandem juxta leges mortis
sententiâ condemnaverat. Dùmq; in procinctu essent, ut
eam lapidarent, ipsa omnem fiduciam in Deum reponens,
uti sacer textus habet: *Ebens suspexit ad Calum, erat enim cor ejus*
habens fiduciam in Domino. Sciebat enim Deum nequaquam
permisurum, ut fidelitate ab ipsa separaretur, ac proinde
cum illa ad offendam Dei respiciens insignem hanc præmi-
fisset protestationem: *Melius est mihi absq; opere incidere in*
manus vestras, quam peccare in conspectu Domini, justum quoq;
erat, ut Deus ad ejus conservandum honorem respiciens tu-
tandi curam haberet, scire namq; debebat, quod postea ad
ejus

eius gloriam dixit: D. Chrysostomus: *Susanna asperga-*
batur, quod audiebat; quia timebat eum, quem nihil la-
tebat Falsi enim testes possunt lèdere famam, & non oc-
cidere conscientiam. Et ideo Susanna causam suam non
peroravit, aut tutata est verbis, quia adversarios nimium se
potentes habere, illosq; verbis minimè credulos futuros es-
se sciebat.

Observant nonnulli non immerito, & Causam inqui-
runt, cur Nabothe os suum non aperuerit, neq; causam suam
per preces & supplicationes divinæ Justitiae Tribunal com-
mendaverit, cùm Susanna è contra dixerit: *Deus aterne, qui*
absconditorum es cognitor, qui nōst omnia, an equam fiant, tu scis, quo-
niam falsum testimonium tulerunt contra me, & ecce morior, cùm nihil
horum fecerim. Respondentq; Deum in duabus hisce perso-
nis duos demonstrare voluisse, patientium injurias effectus;
aliqui enim eos Deo commendant, in eumq; solum confi-
dunt, quia salvos faciet filios pauperum, ita Susanna fecit: *Alii verò injurias patienter, & sine querela aut lamento su-*
stinent; & in silentio & spe erit fortitudo eorum, talis fuit *sleg. c. 21.*
innocens Nabothe, qui Tyrannidem Jezabelis adeò violentam *2. Nabothe.*
esse dicebat, ut nullus apud eam se defendendi locus sibi re-
liquus esset: *Erat cor ejus fiduciam habens in Domino:* *Ad ps. 24. v. 1. 8.*
te Domine levavi animam meam. Dicebat David: *In te*
confido, non erubescam. Interlinearis super illa: *Quæ flens su-*
spexit in cælum, ait: quasi diceret: Ad te levavi oculos
meos, qui habitas in cælis. Lyranus ait: *Quia aliunde* *Lyran. in ps.*
non poterat habere auxilium, & proprium est Divinitatis succurrere in
cassis desperatis, quales sumus injuria, qua firmiter pedem fixerunt:
quia inter injurias nonnunquam parùm abest, quin in de-
sperationem redigamur. Deus communiter manifestâ ve-
ritate injurias depellit. *Salvos faciet filios pauperum.* Spiritus
enim Sanctus, qui Spiritus est veritatis, accusationum falsi-
tatem aperiendo, innocentum se exhibet defensorem. Ec-
cle-

clesiastici Cap. 51. elegans illa & efficax Iesu Filii Sirach oratio describitur, ex qua eximia illius erga Divinam Majestatem fiducia reluet, eo quod injuriarum falsitatem detegendo, ipsum a congestis in eum, imposturis, clementer & provide defendisset: *Confitebor tibi Domine Rex (inquit) & collaudabo te Salvatorem meum, confitebor nomini tuo, quanto adjuvor & protector factus est mihi, & liberasti corpus meum a perditione.* Ipsum vero de injuriis loqui, quas patiebatur, verbis sequentibus declarat: *A laqueo linguae inqua & a labiis operantium mendacium.* Id ipsum fuisus demonstro, quomodo scilicet calumnias, injurias justis illatas Deus detegat, & manifestet.

In vita S. Joannis Damasceni memorabile quoddam factum accidisse lego, cum Leo Isauricus Imperator Orientis in truculenta sua persecutione imagines sacras severissimis edictis prohibuisset, S. Joannes Damascenus multas contra eum literas scripsit, caelesti Sapientiae adeo refertas, ut caelitus missae viderentur, easq; per diversa loca dispergi procuravit, quibus veluti aggeribus magnam illius persecutio- nis procellam & furiam cohibuit; quia vero Sanctus hic vir Imperii sui subditus non erat, de ipso desideratam vindictam sumere non potuit. Imperator furore & rabie adversus Sanctum concepta, quandam manu ipsius epistolam conscriptam habere curavit, quam acceptam falsariis quibusdam ad imitandum ejus characterem consignavit; sub hoc excogitato stratageme, nomine S. Joannis fictam quandam Epistolam, quasi ad se directam, exarari fecit, hujus ferè tenoris: *Cum ambo Christiani & ejusdem Regilionis confor tes simus, mihiq; spes sit non vulgaris a Tua Majestate me aliquando liberaliter remunerandum esse, operae pretium mihi visum est, hasce ad te supplices literas mittere, te etiam atq; etiam obtestando, ut Civitati Damascenae ab exiguo militum praesidio custoditæ, & in summa pace contra omnem mali imminentis suspicionem viventi, clementer compati digneris; si quidem facillimo negotio eandem in tuam*

Epist. ficta
Leonis Imper-
atoris.

tuam potestatem redigere poteris, si occulte ad eam occupandam gentem armatam eò submiseris. Ego enim qui magnam in illius, & totius Regni gubernatione partem habeo, ad hoc tam gloriosum & sanctum opus libenter auxiliando & traditionem urgendo succurram; hancq; epistolam a se confictam impiissimus Imperator Principi Damasceno transmisit, dicendo ei, quod nisi tantus pacis & promissionis suæ verbo Regio factæ amicus esset, hanc sibi suggestam opportunam ipsam subjugandi occasionem minimè neglecturus fuisset: nunc vetò decretum quidem sibi esse pactis inter eos initis constanter insistere; verumtamen displicere sibi, quod perfidos adeo habeat domesticos, qui ipsū vendere, suisq; exuere Dominiis contendunt, prout ex epistola quadam ad se per aliquem suorum scripta latius vide re posset. Princeps igitur S. Joanni, qui Damasci Gubenerator erat, ad se accersito, missam ad se a Leone Imperatore epistolam legendam exhibens, eum, anne literæ istius character suus esset, interrogavit? qui Principi videri quidem suum esse characterem; tametsi revera suus non sit, respondit; tunc barbarus absq; ullo ulteriori responso, aut examine manum ejus dexteram amputari, atq; ad quoddam in publico foro erectum patibulum configi jussit: S. Joannes subito, unde haec ei impostura fuisset, animadvertisens, cognovit, quod Leo, dum ipsum & dentibus suis dilaniare & comminuere non poterat, per hanc astutæ excogitatam calumniam bellum ei inferendo in vulpem commutatus esset, in Deum itaq; confidit, qui judicabit pauperes populi, & salvos faciet filios pauperum, ab eo sibi amputataim manum restituendam esse non dubitavit, utpote quam ad majorem ejus gloriam, honorem ejus defendendo, adhibuerat, quæq; sicut prius atramento, ita postea sanguine sanctam ejus fidem confessâ fuerat: Cum igitur Principem non nihil placatum esse intellexisset, supplex ab eo manum suam ab infami illo loco tolli, sibi restitui postu-

F 2

lavit,

S. Joanni am-
putatur ma-
nus & in pa-
tibulo su-
spenditur.

lavit, ut eam terræ mandare valens, aliquod ignominiæ suæ sublevamen persentisceret; Cui cùm Princeps acquievisset, Sanctus Oratorium suum ingressus, se coram quadam Beatissimæ Virginis imagine cum ingenti affeetu, copiosisq; lachrymis prostravit, manuq; ad brachium admotâ, ab ea, ut manus brachio sicut antea vitaliter conjungeretur, humiliter petiit: Beatissima Virgo igitur hanc ei manum ob suarum suiq; filii imaginum defensum honorem amputatam esse, illamq; eandem sibi nullo alio fine restitui desiderare sciens, quām ut ambabus tanto fidelius, utiliusq; præstare posset obsequium, ei dormienti apparuit, & dixit: *Esto jam sanus, compone hymnos, & laudes meas describe.* Qui mox ut à somno expergefactus fuit, manum suam solidius brachio & fortius quām unquam alias conjunctam esse deprehendit. Barbarus Tyrannus à Sancto miraculum circa se à Deo patratum intelligens, de Viri Dei innocentia & impii ac sacrilegi Imperatoris impostura certior factus, Sanctum hunc Patrem, quantum alias nunquam honorari decrevit, qui tamen, ut Deo totaliter serviret, se ab hominum oculis subduxit, & ejus qui salvos facit filios pauperum obsequiis se mancipavit.

De S. Gregorio Thaumaturgo legitur, quod dum Alexandriæ studiis operam daret adhuc adolescens florentissimæ formæ, castioniæ studio comprimis sit accusatus. Alii vero coëtanei invidiâ stimulati, ut exemplum haberent, quo suam tegerent impunitatem, nefariam mulierculam, quæ corpore quæstum faciebat, instigârunt, ut deformicationis cum ipsa patratæ flagitio Sanctum juvenem publicè diffamareret, ac defervitæ libidinis mercedem ab eo postularet; tulit calumniam innocens Gregorius patienti & invicto animo, petitamq; mercedem numerari jussit, nec unico verbo innocentiam purgans. Sed ecce quām mirabilis Deus in Sanctis suis, acceptâ mercede sine mōra meretrix corripitur à Diabolo,

Calumniatrix
S. Gregorii
à Diabolo
obfessa.

bolo, in medio spectantium cætu sublimis nunc in aërem rapitur, paulò post verberibus horrendè cæditur, ac mox pavimento alliditur, evertuntur oculi, defluit vultus, ore spumat, corpus fædisimè dilaniatur; nec miseriarum finis, donec injuriam passus Gregorius precibus suis Dæmonem ab ea protinus effugâset; sic servorum injurias vindicat ultor D E U S.

Nec dissimile, quod de S. Simeone Salo, qui se stultum simulabat, Nicephorus memorat in hæc verba: Cuidam familiari Simeonis qui propter Christum fatuus haberi voluit, ancilla erat, quæ à quopiam per libidinem constuprata, ubi partus institut tempus, ab heris patratorem probrofi facinoris ejus ac patrem pueri indicari coacta est; illa per columnam Simeonem, clandestinè secum convenisse, seq; ex eo gravidam esse dixit, & rem ita se habere sacramento confirmavit, idq; si opus esset, in faciem ei dicturam promisit: Hoc ubi ad aures Simeonis pervenit, factum ipse quoq; non negavit, carnem scilicet se quoq; circumferre lubricam, peccandi infirmitatem sibi quoq; inesse dicens: Postquam autem eo nomine sermones apud omnes de eo increbuerunt, & ipse sicut videbatur, pudore percylsus est, licet per fraudem, sub verecundiæ prætextu seipsum subduxit: Interim fatalis & constituta pariendi dies aderat, & muliercula sedili solito insidebat, dolorēsq; vehementes oriebantur, cruciatum ineffabilem afferentes, ac misella ultimum discrimen adibat, neq; fætus prodibat: Cùm eo ipso tempore Simeonem advenientem, ut preces ad Deum profunderet, mulierculæ aliæ rogarunt. Inde ille propalam non prius fætum Solis aspectu fruiturum esse, quam mater Patrem clandestinum proderet, prædixit; quod ubi fæmina professâ est, & Patrem verum nominavit, confessim infans maternis locis exilit, veritate ipsâ, quodammodo obstetricis illi officium exhibente, & servi sui innocentiam Domino contra calumniam propugnante.

Calumniatrix
S. Simeonis
Sali non po-
test patere.

CAPUT XI.

Ob cruces seu adversitates ab obsequiis
supremi Magistri CHRISTI non
desistendum.

Verissimum & experientia ipsa animadversum saepius, quod irruens in homines quæpiam Crux, aut adversitas, maximè innocentibus, eos nonnihil conturbet; interdum enim ob judicia temeraria injuriam sibi illatam, ob depressiones, ob iniquam ab officio aut dignitate aliqua inexpectatamq; avulsionem, gannitusq; mundanorum hominum à bono virtutis quipiam desistunt. At cum Deus potens sit in adversitatibus adjutor, Sanctitatis & innocentiae propugnator, uti demonstratum, non est, cur ob praesentia, quæ obveniunt mala & premunt, a via virtutis desistendum, quin potius magis insistendum virtuti, majoriq; alacritate progrediendum in bono, hoc namq; modo Deus ad succurrendum & benedicendum movebitur, & hominum invidorum, & malevolorum obloquia contemnentur. De Tobias refertur, quod uxoris propriæ exprobationem, & petulantem in maledictis lingvam toleranter audierit, quasi ob eleemosynarum operumq; misericordiæ laudabilem piump; usum in cætitatem illam temporaneam incidisset, sic & ante luminis privationem, ipsa atq; ali plures improperarant; at non propterea destiterat mortuos sepelire, pascere famelicos, & concaptivis salutaria monita dare: Sciebat vir ille Sanctus non esse à virtute & obsequiis divinis ob malevolorum dicacitatem desistendum. Ita neq; Job à recto virtutum tramite deflexit, tametsi etiam ab amicis miris dictiorum modis, & adversitatibus lacefferetur. Quid dicam de Sanctissimo Regio Psalte: *Cum intrasset arca Domini in Civitatem David, Michol filia Saul, prospiciens per fenestram vidi David Regem sub-*

Tob. 2.
Tobias oblo-
quia conte-
nnit.

Job. 2.
David irrisi-
ones Michol
spernit.

subsistenter atq; saltantem coram Domino, & despexit eum in corde suo; quid David despectus ea causa à Michol? finitne continuo exultantis in Deum animi pietatem? minimè: *Ludam, inquit, & vilior fiam, plusquam factus sum.* D. Bernardi ^{S. Bernard,} epist. 82. di hac de re sententia accommodata, ad mores adeò elegans est, adeò pia & religiosa, ut eam prætermittere nequeam: *Ludam* (inquit verba David usurpans) *ut vilior fiam.* *Ludam* scilicet ut illudar, bonus ludus quo Michol irascitur, & Deus delectatur, bonus ludus qui hominibus quidem ridiculum, sed Angelis pulcherrimum spectaculum præbet; *bonus, inquam, ludus, quo efficiimur opprobrium abundantibus, & despectio superbis:* Non est hic ludus puerilis, non est theatalis, qui fæmineis, fædisq; anfractibus provocet libidinem, actus sordidos repræsentet, sed ut ludus jucundus, honestus, gravis, spectabilis, qui cælestium Spectatorum delectare possit aspectus: *hoc casto & Religioso ludo ludebat, qui dicebat: Spectaculum facti sumus 1. ad Cor. 4.* mundo, angelis, & hominibus; *hoc ludo & nos interim ludamus, ut illudamur, confundamur, humiliemur donec veniat, qui potentes deponat de fede, & exaltet humiles, qui nos glorificet, lætificet, & in æternum exaltet, huc usq;* S. Bernardus. Quæ sustinuit S. Paulus, ipse dicit: *Periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore, in ærumpna &c.* à virtute tamen, licet adversissima passus, nunquam deviavit, rem ab ipso accipe: *Quis non separabit à charitate Christi, tribulatio, an angustia, an persecutio?* Nihil horum vereor, certus sum, quia neq; mors &c. neque creatura poserit me separare à charitate Christi. Ita nec te separare debet à servitio Salvatoris, à virtute & bono, Crux, adversitas modica, injuria à fatre proximo illata, avulsio & insperata depressio ab officio & dignitate: Sapientissime D. Augustinus: *Pictor novi, ubi ponat nigrum colorem, ut sit decora pictura, & Deus nescit, ubi ponat peccatorem, ut sit ordinata Creatura?* Eleganter S. Chrysostomus: *Nondum felix es, si te non tota turba derisit.*

2. ad Cor. II.
Ad Rom. 8.
V: 33.

S. Aug. ser.
120. de diver.
c. 5.

Hic

I. Similitudo
ab equo ge-
nero.

Hic tu mihi equum generosumq; caballum imitare, qui licet omnes totius plateæ canes eum allatrent, imperterritè suo atq; animoso passu procedit, contemptis omnibus, tantumq; abest, ut propterea gradum figat, cæptumq; iter re-texat turpiter, aut eò lentius prorepat, quin potius maiores animos induit, generosioriq; plausu tellurem pulsat, iterque suum conficit; per ipsum sanè licet latrent canes, ferratosq; ejus sectentur & mordeant calces, quousq; libebit, redeantq; sponte domum, latrando, mordendoque defessi, ipse interim eos nil curat, videasq; canes etiam eò vehementius transeunti oblatrare, diutiúsq; insequi, quò plus curaveris: fin negligas, sponte tacent, Dominumq; suum repetunt: Ita culibet Homini Christiano in bono contra hominum malevolorum prosequendo faciendum, & in omni quæ conturbat, aut contrarium suadet adversitate, ànne canum latratus à bonis absterreat, adversitas, crucula quæpiam à pietate bonoq; retardet? audi Thomam à Kempis: *ui quid te contrastat parvum factum contra te dictum, si amplius fuisse, commoveri non debuisses, sed nunc permitte transire, non est pri-mum, nec novum, nec ultimum erit, si diu vixeris.* Quin & rusticam in præsenti imitare mulierem, quidnam agit? quod agunt ejusmodi, quæ gallinis alendis dant operam: Ova studiosè in sinum è nido colligit, gallinæ interim, ut ipse etiam gallus gallinaceus garritu & clamoribus omnia complent, an illa propterea a cæpto desistat? minimè: Cogitat quippe: Vestra vobis garrulitas permittitur, at mihi hæc ova cedent, vos quod vestri muneris est, facitis, ego, quod mei curo. Ita cuiq; salus sua curæ esse debet, nemo stultis hominum obloquii moveri, vel ob aduersitatem, cruce-rem leviorem, quæ fors justè & pro salute nostra contingit, fructus negligere Pietatis debet.

Thom. à
Kemp. lib. 3.
c. 57.

Secunda Si-
militudo à
rusticana fæ-
mina.

David sem-
per benedicit
Dominum.

Regium etiam Psalmem hic tibi ante mentis oculos lo-
ces, qui in omni (etiam ubi tribulationum inundaverunt a-
quæ) benedicebat & laudabat Creatorem suum tempore:

Bene-

Benedicam Dominum in omni tempore; super quæ verba quid scri-
bant Sancti Patres? observa: In primis August: S. explicans: Psal. 33.
Benedicam DOMINUM &c. S. August. sup. Psal. 33.

Deus semper
benedicen-
dus.

Dicis, quando benedicam Dominum? ait tibi aliquis, quando tibi bene facit, quando abundant sacerdicia, quando multum abundat frumenti, auri, argenti, mancipiorum, pecorum, salus ista mortalis incorrupta persistit, tua crescunt, nascuntur omnia, felicitas tota abundat in domo, circumstant omnia, tunc benedices Domino? Non, sed in omni tem-
pore: Ergo & tunc, & quando ista secundum tempus, & se-
condum flagella Domini Dei nostri, turbantur, auferuntur, minùs nascuntur, jam nata dilabuntur, & inde sequitur penuria, egestas, labor &c. Sed tu qui cantas tibi: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus Ejus in ore meo, & quando ista dat, benedic, & quando ista tollit, bene-
dic, quia ille dat, ille tollit. Idem S. Doctor versans illa Psal-
mista verba: *Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Al-
tissime ad annuntiandum manè misericordiam Tuam, & veritatem Tuam
per noctem.* Ad quam rem? ad annuntiandum misericor-
diā tuā, & veritatem, quid sibi vult? quia manē annun-
tianda misericordia Dei, & per noctes veritas Dei: manē dicitur, quando nobis bene est, nox dicitur, quando tristitia tribulationis est, quid ergo dixit tibi breviter, quando tibi bene est, gaude Deo, quia ipsius misericordia est; sed dices: Si misericordia DEI est, quando mihi bene est, crudelitas ergò ipsius est, quando mihi male est! Non, sed quando bene est, lauda misericordiam, quando male est, lauda veri-
tatem, quia qui peccata flagellat, non est iniquus.

Jam in nocte erat Daniel, erat enim in captivitate, quan-
do Deum laudabat, in lacu erat, & per noctem confitebatur
veritatem Dei, dicebat enim: Peccavimus, inique egimus,
iniquitatem fecimus, Tibi Domine gloria, mihi confusio.

Eandem doctrinam Tibi & cunctis, qui à laude Creatoris

G

rece-

Deus benedi-
cendus,
quando et-
iam flagellat;

Solon ob nū-
tium filii
mortui tur-
batur.

recedunt, Crucigeris tradit D. Ambros: illa exponens verba:
Memor fui nocte nominis Tui. Non magnum est (inquit) si tunc Domino gratias agas, quando in prosperis & secundis es; sed si adhæreas Christo , quando te Crux & persecutio exagitat, quando aliqua procella perturbat, &c. in illa nocte, in illa destitutione memento Domini Dei tui, alicujus divitis oppressus es potentia, amisisti proprias facultates, memento Domini DEI Tui, nē te nox egestatis abducat à devotionis affectu, hoc enim mandatum legis, ut in nocte magis quæras, quando magis exaudiris à Domino, ut possis dicere: In tribulatione invocavi Dominum, & exaudivit me. Abjectissimi ergo animi est ob levem à Deo immissam Crucem, injuriam illatā, ob invidorum & malevolorū hominum obloquia à servitio divino & virtute recalcitrare, quod multi faciunt.

Non sic , Gentilis licet , Numa sacris intererat , adest aliquis , monetque hostes in Romanorum gregem ingressos, omnia devastare, subrisit, & placidâ fronte animoq; tranquillo imperterritus reposuit hæc verba: *Ego verò sacrificio.* Gentilis, cui nulla veri Dei notitia inerat, licet sua depopularetur adversarius, à sacrificio & idolatria recedere noluit; sanè si pejor ipso existere nolis, ob aliquam Crucem à bono, cultique Divino minimè recedes , sed & tunc cum Psalmista exclamabis: *Benedicam Dominum in omni tempore.*

CAPUT XII.

Primum motivum sustinendi Cruces & adversa , quod à Domino Deo provenant, reflexio.

Sabellic, lib.
3. c. 4.

ERAT Solonis nomen tota in Asia & Græcia celebre, quod leges Atheniensibus dedisset, cæterum cum Miletum peregrè venisset, frequenterq; cum Thalete

(qui

(qui & ipse unus ex septem Sapientibus fuit) congregetur, ac forte ambo in publico deambularent, tum ex compoto filii mors ei denuntiata est, ad quod tristissimum nuntium, vir alioqui sapientiae, famæ nobilis, consternatus, animo, repente sese humo defixit, capillum & barbam utrâque manu vellicans, fædansq; injectu pulveris, ora, palliumq; cœpit laniare ; ad quod fædum spectaculum & indignum personâ quam gerebat, cum ex toto foro esset ingens accursus, & ipse muliebri cum ejulatu ad satietatem spectatus indecorre jacuisse, tum Thales (cuius operâ is nuntius erat allatus) Solonem leniter tangens: *Bono (inquit) sis animo, filius tuus vivit , at experiri volui , qui te tali casu esses habiturus.*

Ità & nobiscū Altissimus Magister Christus, quales in adversis casib⁹ sese habituri sint mortales, experiri volens, Cruce diversâ visitat honores, dignitates, officia, bona fortunæ, dilectas soboles aufert, quod dum mortalibus evenit , pleriq; cum Solone naturæ malè moratæ ductum sequentes plusquam muliebri ejulatu ob amissa bona , & præsentia mala gemunt, ob intolerantiam in tristitias, morsus animi , murmura contra divinam dispositionem prorumpunt, à servitio Dei prorsus abalienati: Res sanè Christiani hominis persona indignissima. Verùm cùm sit omni ferè homini innatum, ut adversis animus turbetur , ex insperatis eventibus modus inquirendus est, morsus, motus, tristitias quæ extempore occurruunt sopiendi ac comprimendi, is est ex præcipuis cogitare, ea quæ obveniunt adverfa à Domino provenire, simulq; intueri Viros illustres & à pietate laudabiles, quomodo in similibus sese habuerint.

De Jobo sacer historicus hæc habet: *Vir erat simplex, Job. 1.
rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. Nil stultum
contra Deum locutus unquam, quantumvis ab ipso numine divi-
no proclamatus Sanctus, quantas nihilominus sustinere co-
actus fuit tam animi quam corporis afflictiones? Fuit posse-
citus tulerunt.*

A Domino
Cruces &
adversa.

Exempla eo-
rum, qui ad-
versitatem de
manu Domini
ni patienter
eius tulerunt.

1. Job.
eius septem millia Ovium, tria millia camelorum, quinquaginta jugorum, quingentae asinae, septem filii, tres filie, familia multa nimis, largissima sane Divinæ dexteræ benedictio; ob quam munificentiam vir sanctus surgens diluculo offerebat, in signum gratitudinis & benedictionis, sacrificia. Et ecce in DEI existenti laudibus, & sacris exercitiis, adest cum tristi nuntio quispiam referens: *Boves arabant, & asine pascabantur, juxta eas, irruerunt Sahai tuleruntq; omnia;* adhuc eo loquente, ait sacer textus, venit alius, hæc notificans: Excellentissime Princeps: *Chaldei fecerunt tres turmas, & invaserunt Camelos, & tulerunt eos;* adhuc eo referente, tertius ostium pulsat: Ingredere, inquit Job, tum ille ad ingressum: *Filiis tuis & filiabus vescientibus & bibentibus vinum in domo fratris tui primogeniti, repente ventus vehementer irruit, & concusit quatuor angulos domus, que corruiens opprescit liberos tuos, & mortui sunt.* Quid ad hæc vir ille magnus inter omnes Orientales? patientia inquit: *Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc, Dominus dedidit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, si nomen Domini benedictum.*

2. S. Paulus,

Gravissimis in vita sua premebatur adversitatibus Doctor Gentium, & tamen exultat: *Glorior in tribulationibus.*

3. David.

psal. 22.

Regia Majestas David saturatus opprobriis & injuriis gravissimis, quid dicat, ausculta: *Virga tua, & baculus Tuis DOMINE ip/a me consolata sunt.* Virgam & baculum, Cruces & adversitates vocat, quibus, dum premetur, torus exultabat, & in divinas prorumpebat gratiarum actiones; at qui poterat esse, ut S. Doctor gloriaretur in adversitatibus, David vero Majestas tanta, virgâ & baculo flagellatus consolaretur, cum plerumq; si à Dominis castigentur mortales, filii à parentibus, Discipuli à Magistris, servi ab heris, plorent, tristentur, ac desolentur! Cogitavit Psaltes Regius, quod postea D. Paulus confirmavit dicens: *Quem diligit Dominus, castigat.*

Ad. Heb. 12.

Virgam & baculum illum Crucis esse Optimi Pastoris, Aman-

tissi-

Historia de
Juvene Polo-
no.

tissimi Patris intallibile amoris signum; hinc æquissimo animo cuncta adversa tanquam cælitus sibi missa, uti amoris pignus suscipiebat, uti rem sequenti declaro exemplo.

Juvenis erat gente Polonus è familia Palatinorum, ad quem collectæ parentum suorū opes hæreditate devolutæ, hic amanu die veste, quam habebat, pretiosissimā indutus, è domo sua magna stipatus famulorum caterva ad captandam auram, animūq; exhilarandū egreditur, ob formæ elegantiā, numerosum famulitum, vestis pretiosæ novitatem, universis spectabilis, dum ita per publicum hinc inde spatiatur, & deambulat pilâ è nivibus conglobata improvisò tangitur, qua ex parte, aut à quo minimè advertens, mox (ut genti Polonæ innatum ad leves impatienti despectus) juvenis exardescit, frameam è vagina ad ulciscendum dedecus educit, de percussore inquirit, non longè distantes & subridentes verbis impetit. Dum ita fureret, accedit quispiam, qui rem observavit, ad eum dicens: *Videsne illam, digito monstrabat, è fenestra prospicientem Helenam; illa illa est, quæ te niveo illo percussit globo, in altum erigit juvenis oculos, & suam intuetur amasiam;* mox eductam occultat frameam, furorem sedat, capite inclinato (czolem) salutat amanter, iustum cum gratia suscipit, cum factus sit à persona sibi dilectissima. Id ipsum David cæteriq; Sancti, dum diversis Crucibus & adversitatibus premerentur, cogitabant, imò exultabant: *Egredere, egredere vir Sangvinum, & vir Belial;* hos in Davidem potentissimum Regem vilissimum mancipium Semei maledictionum, & contumeliarum ejiciebat globos, suadebant assistentes Regii vindictam: *Quare maledicit hic canis mortuus Domino nostro Regi?* bulliebat in corde Regio sangvis, os maledicentis tantam majestatem offendere; at æquo & quieto tulit animo, & tanquam ab Altissima Majestate maledicentis verba suscipiebat: *Dimitte eum, ut maledicat:* *Dominus 2. Reg. 16. enim præcepit ei, ut malediceret David, & quis est, qui audeat dicere, quare sic fecerit.*

David cur
patiens ad
maledicta Se-
mei,

63

Re-

Regium Psaltem in tolerantia adversitatum imitabantur, Tobias & Ezechias, ille hirundinis stercore percussus tam vehementi ictu, ut lumen oculorum penitus amiserit, quo orbatus ait sacer textus: *Non est contristatus contra Deum. Quid plaga cæcitatibus obvenerit ei, sed immobiliis in timore Dei permanxit, agens gratias omnibus diebus vita sue.* Conclavi non valens inscribere Psalmistæ verba ob cæcitatem, cordi inscripsit: *Dominus mortificat, & à Domino factum est illud.*

Tob. 2.

Isai. 39. v. 14.

Ad Ezechiam accedit Propheta Isaias, quo cum nuntio audi: *Audi verbum Domini: Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ in domo tua sunt. Et quæ thesauris erunt patres tui, usq; ad diem hanc, non relinquetur quidquam, & de filiis tuis, quod generis tollent, & erunt Eunuchi in palatio Regis Babylonis, quid ad hoc tristissimum nuntium Ezechias: Bonum est verbum Domini (inquit) quod locutus est: hâc unicâ reflexione DOMINI omnes sopivit motus, sedavit lachrymas.*

Historia 4ta.
Elisabetha ex
palatio ejici-
tur.

Nec defuere nostro sæculo Sancti, qui Cruces & adversitates summa cum hilaritate & patientia exceperunt & tolerârunt, vel ideo etiam quod ab Altissimo Domino iis transmissæ obvenerint: Sancta Elisabetha Hungariæ Reginæ est in primis exemplo: hæc cum florentis ætatis Conjugem, qui vix dum vicesimum annum superaverat, perdidisset, Regio palatio cum Regiis prolibus ejecta, cogitur intempesta nocte, paucissimis suis comitata ancillis, quæ suspensas de collo proles gerebant, emigrare; vide & obstupescere Reginam ex suis ædibus à malevolis exturbatam, juvenem cum tenera prole despectam à suis servis, & subditis, illusam ab ipsis mendicis, quos ipsa tantâ curâ colligebat, tantâ charitate alebat, raptatam per compita, projectam in cœnum, detrusam ad immundorum animalium stabulum, vix & nonnisi per gratiæ speciem, sub miserum lacerumque tectum admissam; atq; hæc in sua Urbe, in suo Regno, in medio Subditorum suorum passam, ignorâmq; quid porro esset

esset successorum: quid agat piissima Princeps ad hanc redacta calamitatem? Convocat Regiliosam S. Francisci familiam, orat, ut Ambrosianum hymnum: *Te Deum Laudamus, ad reddendas DEO gratias decantent.* Hanc turpem ejectionem & depressionem quietissimo tulit animo, vel ideo solum quod ab Amantissimo Domino Rege Regum Altissimo, cogitaverit eā Crucem & calamitatē sibi delegatam esse, tantum juvat ad sedandos in calamitatibus motus & morsus unica reflexio: *Dominus mortificat, & à Domino factum est istud.*

De B. Servulo S. Gregorius refert, quod paralyssi adhuc annis innocentiae tam potenter à DEO percussus fuerit, ut ori manum admoveare nullatenus valuerit, vita continua mors illi erat, & tamen inter has ærumnas nil audiebatur ab illo, quam illud: D EO gratias. Pientissimum itaq; imitare Regem, & alios Sanctos, O Cruciger, quoties aliqua Crux, & adversitas tibi obtingit, & evenit, motus murmur, morsus, lacrymas erumpentes compescas, cordi inscribas, aut quod quidam è nostra Crucigerorum militia in maximis adversitatibus angello sui conclavis inscripsit: *Dominus mortificat, & à Domino factum est istud.* Cum Psalmista & universis Crucigeris adversissima tanquam à Supremo Magistro & Domino tibi missa in pignus amoris suscipes & tolerabis.

11 V.
B. Servulus
patiens in
agritudine.

C A P U T X I I I .

Motivum secundum, ordinatio seu Dispositio Divina.

A Liud potentissimum remedium ad fortiter & virili animo preferendas adversitates & Cruces, absq; salutis detrimento, imò cum meritorum summo augmento illud est, ut quis consideret, quod Deus ille sit, qui omnes Creaturarum eventus disponit, & singulariter huma- nos

Nullum ma-
lum sine per-
missione eve-
nit.

nos cas^o, unde cū humilitate omnia agnoscere oportet, omnia de manū Dei suscipienda sunt, omnia ordinationi Creatoris committenda, & nostra voluntas ad ipsius sanctissimam, sapientissimam & justissimam dispositionē conformanda est.

Doctrinam hanc Salvator Dominus s^æpē s^æpiūs proprio comprobavit exemplo. Capitur in horto, & vinculis ligatur, Petrus gladium stringit, & Pontificis servum ferit. *Sic te excludat Magister, fiste o Petre, quid agis? quid cogitas? mitte gladium tuum in vaginam.* An ignoras hunc esse Calicem propriis æterni mei Patris manibus mihi porrectum? *Ei calicem quem dedit mihi Pater, non bibam illum;* sed quid agis dulcissime Redemptor? cur hunc Calicem Patri tribuis, Calicem amarissimum Passionis Tuæ, nonnè miscuerunt Judas, Annas, Caiphas, Pilatus, & Herodes? nonnè ministri eorum illum impleverunt, nonnè illi tam amarum infuderunt potum? nonnè illi stillarunt myrrham, aloen, fel, absynthium, & antimonium, flagellorum, spinarum, clavorum, Crucis, & tot innumerorum tormentorum? Cur ergò inquis? Calicem quem dedit mihi Pater: Dicas, quis medicinam temperat, & componit? Pharmacopola, optimē; sed componitnē medicamentum absq; ordine, & compositione Medici? nequaquam. Nunc intelliges, quām benē Dominus locutus fuerit, Dei Sapientia (ostendens ait S. Joannes Chrysostomus hom. 81. in Joan.) *Non illorum potentia id adscribendum, sed permissione sue, si enim ordinatio, & divina permisso non intercessisset, tota mundi potentia, non in minimo quidem Christum Dominum affligere potuisset.* Voluit ergò dicere Sanctissimus Redemptor: Si Calix à Patre meo non ordinatus, nec præparatus esset, nemo quicunq; tandem ille fit, nec capillum quidem mihi evellere posset, aut levissimam etiam injuriam afferre. Calicem dedit mihi Pater, ad majorem meam gloriam, ad præbendum exemplum omnium virtutum universo mundo, ad hominis redemptionem, ad resarcendam angelorum ruinam, ad aulæ cælestis augmentum, ad perimen-

Joan. 18, v. 11.

S. Joan.
Chrysost.

dum

dum peccatum, ad conterendam Luciferi superbiam, ad expugnandum infernum.

Idem Redemptor ad Pilati tribunal captus, tacebat, ferebat ægerrimè Præses tam profundum silentium: Mihi, inquietabat, non loqueris, ignoras potestatem meam? An ne scis, quod Te in Crucem agere, aut vitæ gratiam Tibi facere possim? Respondit *Christus innocentissimus*: Non haberes potestatem in me ullam, nisi tibi datū esset desuper. Hoc dictum declarat Cajetanus, quod Pilati potestas à Deo pendebat, & à Domino Deo omnia agnoscet Redemptor, quæ contra se agebantur. Hinc S. Augustinus inquit: Intentat Charitas vestra, nē fortè dicatis, hæc mihi homo, hæc diabolus fecit, ad Deum tuum refer flagellum tuum.

Hanc doctrinam in praxim deduxerint, & semper intellexerint Sancti, neminem quidquam contra se posse, nisi à Deo sit facultas. Præclarum illud patientiæ speculum S. Job, cū rerum omnium jacturam passus esset, seipsum solabatur dicendo; *Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, si nomen Domini benedictum.* Dicas quæso ô rupes animata, & invincibilis, quomodo Dominus dedit? nonnè tibi pingve matrimonium est? nonnè propriâ industriâ illud auxisti? omnino, sed Dominus dedit, omnia enim bona à Domino Deo agnoscere me oportet, si divina non fuisset liberalitas, pauper fuisset & mendicus. Hinc neq; casum, nē fortunam agnosco, sed solum DEI donum. Dominus dedit, Dominus dedit. In cumulandis opibus nullam adhibui industriam, violentiam nullam, fraudes nullas, nec dolos, sanguinem pauperum non suxi, monopolia non admissi, nec subditos excoriavi. Transeant hæc, & libens concedo, sed id, quod subjungis, minus aptè videris afferre, ô Jabe! nimirum: Dominus abstulit, dum enim aīs: Dominus abstulit, nonnè DEO injuriam infers? Dicas, rogo, nonnè boves & jumenta tibi à Sabæis sublata sunt? Camelos tuos

H

nonnè

Jobi munimenta in aduersis.

S. Jacobus
Eremita nō
renuit à
dæmonē
cædi per-
mitteat
Deo.

Quidquid
evenit, non
ad creatu-
ras, sed ad
Deum est re-
ferendum.
Gen. 50.

v. 16.

Philo hebr.
lib. de 10.
seph.

¶(58.)

impiis, ad disciplinam filii. Narrat Theodoretus in sua hi-
storia Ecclesiastica, dæmonem aliquando crudelissima ver-
bera S. Jacobo Anachoreta fuisse comminatum, cui Jacobus
animo tranquillo ac serenâ fronte: Si à Deo tibi perm̄ssum est,
percutie me, plagas libenter accipiam, ut qui à Domino, non à te feriar. Si
autem hoc tibi perm̄ssum non sit, non percuties, sed nec tanges me, ringa-
ris licet, & millies infarias.

Ulterius, rogo, videoas, quomodo Sancti & prudentes ne
dum bona, verū etiam mala à DEO provenire agnoscant:
Excellebat in hoc, sicut & in cæteris S. Patriarcha Josephus.
Cùm Regias in Ægypto vices ageret. Patre defuncto, fra-
tres eum disposituri, ut beneficia ulterius conferret, his ar-
tificiosis precibus ei supplices facti sunt: Pater tuus præ-
pit nobis, antequam moreretur, ut hæc tibi verbis illius diceremus:
Obsecro, ut obliviscaris sceleris fratrum tuorum. Josephus
hæc audiens cohibere lachrymas nesciit, & sequens
profundæ pietatis & sapientiæ responsum dedit: Nolite time-
re, num Dei possumus resistere voluntati: Nolite timere, ego pascam vos,
& parvulos vestros.

Expende, quæso, & reflecte, quomodo fratres inducant
Patrem supplicantem, Josephus verò nullā factâ Patris men-
tione Deum proponat. Et cur, o sapientissime, Patrem non
rememoras, sed solum Deum? sed præcisè ipsius volunta-
tem? Num DEI possumus resistere voluntati? Ideo ut o-
stendam, quod non ab hominibus, sed à solo Deo omnia pro-
veniant, & prospera & adversa quæ eveniunt, non huma-
næ sed Divinæ adscribenda sunt voluntati. Philo hebræus
sic fratribus respondentem inducit: Cur autem geniti Pa-
tris tantum meministis? Habemus filium ingenitum, im-
mortalem, æternum. Ex hujus dispositione omnia accide-
runt, hujus recipienda est voluntas illiq; omnes eventus no-
strī sunt attribuendi: hujus manu & bona concedi, & mala
infligi, non verò à Creaturis agnoscere quisq; debet. Hunc

H 2

omni-

¶(59.)

nonnè suffurati sunt Chaldæi, & si omnium tuarum Calami-
tatum originem expendere velimus, nonnè dæmon omniū
istorum faber est: Quis enim Sabæos & Chaldæos ad rapi-
nam instigavit? dæmon. Quis ignem excitavit, ut greges
& Pastores absumerentur? dæmon. Quis repentina ac fu-
rioso turbine domos evertit, & sub ruina filios, filiásq; Jobi
oppresit, vivosq; sepelivit? dæmon. Quis deniq; Jobum
per totum corpus à vertice usq; ad plantam pedis gravissi-
mo ulcere percussit? Quis amicos contra Jobum incitavit?
Quis uxori suggessit, ut maritum induceret ad blasphemias?
dæmon. Dæmon ergo omnium malorum causa fuit, & o-
mnes istas calamitates invexit, & hinc videtur, quod dicere
potius debuisset: Dominus dedit, diabolus abstulit. Absit,
absit, inquit Job, optimè locutus sum: Dominus dedit, Do-
minus abstulit. Videt Job, & fatetur divinam potestatem.
Omnia ab illa divina manu provenire agnoscit, & ad majo-
rem suum profectum disponi: Si cæli calamus non scripsis-
set, fiat, nihil adversi in Orbe accidisset.

Intellige, Christiane, intellige, quod neq; dæmon, neq;
homines, neq; elementa quidquam possint absq; divina pro-
videntia. Né dicas dæmon aut talis perversus homo dia-
boli vices agens, hoc & hoc malum mihi intulit, sed flagel-
lum, quod experiris, ad Deum referas, & ad justissimam &
sapientissimam ejus voluntatem, quia nemo aliquid contra
potest, nisi è cælo ipsi facta sit potestas, aut ad pœnam, aut ad
meritum, ad pœnam & supplicium impiis, ad meritum &
disciplinam probis ac filii: Dominus abstulit... Explicat
S. Gregorius: Potestatem tollentis agnoscit. Et D. August:
Non dixit diabolus, abstulit: Intendat ergo charitas ve-
stra, ne forte dicatis, hæc mihi diabolus fecit, prorsus
ad Deum tuum refer flagellum tuum. Quia nec diabo-
lus tibi aliquid facit, nisi ille permittat, qui desuper habet
potestatem, aut ad pœnam, aut ad disciplinam, ad pœnam
im-

Universa ex
DEI ordina-
tione;

S. Gregor.
S. August.
in Ps. 31.

omnipotentem Deum, ego testem invoco conscientiae meæ, quod bona fide vobis in gratiam redi. Ego Dei sum, necesse est, ut & vester sim, deponite metum, post haec meliori conditione apud me futuri: quod factum est, hoc Deus voluit, nunc à me haec præstari cupit, sit nomen ejus in æternum benedictum.

Historia.

B. Joannes Taulerus in suis institutionibus casum stupendum narrat: Integro octo annorum spatio continuis ac ferventibus precibus rogaverat Deum Taulerus, ut hominem quendam ostendere dignaretur, à quo perfectionis, & cæli compendiosam viam addiscere posset; die quadam, quâ summo desiderio tenebatur, tali homini colloquendi, videbatur sibi cælestem excipere vocem: Exeas, & ad Ecclesiæ portam te conferas, & ibi, quod exoptas, reperies. Ille è vestigio Ecclesiam petiit, & in loco, de quo præmonitus erat, hominem offendit mendicum, pedibus gravi ulcere obdutis, fœtore ac squallore confectum, vestibus laceris, fermè nudum. Salutat Taulerus virum, & bonum, faustumq; precatur diem: cui mendicus: Non memini malum à me unquam diem visum. Taulerus: felicem te Deus reddat; ille: quid adversitas sit, quid calamitas, ignoro. Cui denuo Taulerus, dico, Deus te felicem faciat. Mendicus, & ego tibi respondeo, me infelicem nunquam fuisse. Taulerus hominis, ut ita dicam, pulsus accuratius exploraturus: Opto, ut omnia, quæ desideras, eveniant. Ille, omnia pro voto succedunt. Taulerus: ergo tu inter calamitosos solus beatus: in te solo regula Jobi exceptionem patitur dicentis: *Homo natus de muliere, repletur multis miseriis.* Mendicus, sic est, ut jam innui, nunquam enim infelicem diem me expertum recordor, sorte, quam mihi Deus dedit, contentus sum, felicitate non indigere, haec mea felicitas est. Monstra illa, fortuna & infortunium, neminem offendunt nisi volentem, aut certe nè offendatur timentem: Nec ego unquam fortu-

fortunæ supplico, sed Patri cælesti qui rerum eventus gubernat: Ideo dico, me nunquam infausti temporis meminisse, quia semper votorum meorum sum compos, quod, si famæ torqueat, laudo Deum providum Patrem, si frigus affigit, si calor molestat, si aliis injuriis me cælum petit, pariter Deum laudo: cum aliquis me spernit, & vilipendit, non tamen ab hoc à divinis laudibus desisto, nam certus sum, non fortunam, non casum, sed horum omnium Authorem esse Deum, nec posse non esse optimum, quod Deus facit. Eveniat ergo, quidquid velit, id semper gratissimum est, lætòq; animo tanquam de manu amantissimi, ac sapientissimi Patris suscipio, quidquid Deus vult, hoc & ego volo, unde omnia succedunt, ut exopto: Ille miser & infelix est, qui fortunam in se aliquid posse autumat, haec vitæ præsentis beatitudo est, tenaciter divinæ adhærere voluntati. Dei voluntas optima & justissima, nunquam melior reddi, depravari nunquam potest, nec mala fieri, hanc ut sequar, omnem conatum impendo, & studium, hâc curâ totam meam mentem occupo, ut nimirum semper id velim, quod Deus vult, & hoc dum volo, me omnino felicem arbitror.

Tunc denuo ex homine illo Taulerus percunctabatur: Quæso idemnè sentires, si Deus in infernum te præcipitem agere vellet. Mendicus, à Deo in infernum deturbari? Scias me duabus pollere brachiis stupendi roboris, quibus Deum indissolubiliter stringerem. Unum brachium est submississima humilitas, quâ me ipsum offero. Alterum est sincerissima charitas, quâ D E U M super omnia diligo: his ergo Deum meum stricte & arcte complectenter, ut eum quocunq; tandem mitteret, mecum traherem, certum est, quod gratius foret, extra cælum cum Deo esse, quam in cælo absq; Deo.

Obstupuit Taulerus, intellexitq; hanc profecto esse cōpendiosam illam viam, ad D E U M tendentem, quam addiscere tam sollicitè desiderabat, voluit tamen plura petere, & in luce producere latente, in tam vili tugurio sapientiam.

Quæsivit ergo, unde & à quo missus huc venisset? mendicus à Deo se missum asserebat: Taulerus, ubi locorum Deum reperisti? Mendicus, ubi creata omnia deserui. Taulerus, ubi Deum reliquisti? Ille, in mentibus pacis ac bonæ voluntatis. Taulerus, dicas quæsò, qualis homo es? Quis quis ego sum, meā sum contentus sorte, nec eam cum omnibus Regum thesauris permutarem. Ille Rex est, qui sibi imperare novit. Taulerus, credam te Regem esse, sed ubi tuum est regnum? Ibi, respondit mendicus, indice cælum notans. Taulerus finem interrogatoriis positurus ultimo petiit: à quo talia edocetus esset? respondit mendicus: Unio cum divina voluntate hæc me docet. Taulerus homine valere jussò abiit, & hunc sibi Magistrum elegit, compendiosæ, certæ & securæ viæ quæ ad Deum ducit. Jam dixi, hanc doctrinam esse Sanctorum exercitium, & sublimem Philosophiam traditam à divino Spiritu, qui eam mentibus illis suggerit, quæ se templum & habitaculum ipsius efficiunt.

Quod impii probos molestent, divina providentia efficit, ut hæc ratione coronentur.
Fugit David rebellem filium Absolonem, Semei occurrit Regi, & maledicentias atrocissimas in eum effundit, nullo divinæ legis, nullo Principis, nullo rationis habito respectu, quæ dictat: afflito non esse addendam afflictionem. Nec contentus acerbis verbis animum Regis transfigere, etiam deteriora ausus est: Rex, qui ex prosperitate in miserias inciderat, nudis incedebat pedibus, vultu mœsto, oculis lacrymis perfusis; Semei, qui flores substernere debebat, saxis & luto Regem petiit: Stipabat fortè Regium latus Eques Nobilis, Abisai nomine, rustici hominis turpissimæ inurbanati indignatus, cum jam enseim stringere & perimere sordidum properaret, David Equitis conatum ægrè ferens ei sic locutus fertur: Quid cogitas? Quid moliris? cur huic te immisces negotio? sine ut dicat, præcepit enim Deus, ut hæc maledicentiæ fulmina in me torqueat: Quid mihi & vobis est filii Sarujæ? Dimitte eum, ut maledicat: Dominus enim præcepit ei, ut malediceret David, & quis est, qui audeat

2. Reg. 16.
v. 10.

di-

dicere, quare sic fecerit? Dimitte eum, ut maledicat, juxta præceptum Domini. Ille enim instrumentum est Dei, ex equatur proinde iussa Dei. Creditisne, quod hæc ausus esset, si ab Altissimo ei non permisum fuisset? maledicat verbis, & afflictionibus me affligat, cruciatus meos accumulet, & dolores doloribus addat: Quis scit, annon fortè respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna, & injurias illatas coronet.

Admirantur Sancti tantam Regii Prophetæ patientiam, suspiciunt tam sublimen Philosophiam. S. Bernard. in Cant. exclamat: O verè hominem secundum Cor DEI. Qui se ulciscendi potius, quam exprobranti succensendum putavit? Prorsus homo secundum Cor Dei, qui de Corde Dei ferebat sententiam. O patientiam raram, O sapientiam incomparabilem, æternis dignam encomiis! Ille se divinæ providentiæ subiectum agnovit, omnia à divina manu suscepit, & injurias sibi inferri passus est, veluti à Supremo mundi Rectore præceptas: prohibuit vindictam, damnum subito imminens repulit. Et hinc ursorum & leonum intersector est? hinc gigantum debellator? hinc exercituum hostilium dominator? Hic, hic omnino est, & in hoc majorem gloriam, & laudem promeruit, quam in aliis quibuscumq; strenuè gestis. Docuit mortales, inquit S. Ambrosius, campum certaminis explicari, & occasionses præberi cumulandorum, conquirendorumq; meritorū, quando injuriis, convitiis, & calumniis petiti sunt, quando mille periculis sunt expositi, injuriarum tempora lapides Lydii sunt, quibus auri puritas exploratur, limæ sunt, mallei & fornaces, quibus ferrum à rubigine mundatur. Scholæ sunt, in quibus virtutum nostrarum scrutiniū fit, & examen. Unde absq; dispositione, ac divina providentia non eveniunt.

An mirum videtur, quod injuriis, adversitatibus & periculis exerceantur, & probentur fideles, quibus justitiæ corona

S. Bernard.
in Cant. ser.
34.

na est parata; Hic summus prudentiae apex est, patienter ferre ordinem divinæ providentiaæ, & præmium considerare intrepide tolerantibus constitutum, audi ipsius Ambrosii sententiam: Mortales docuit, quod injuriarum vel periculorum tempora, tentationum certamina, & examina probationum sunt, & ideo non sine divino ea irrogari solere iudicio; exercetur bonus Athleta convitiis, exercetur laboribus & periculis, ut dignus sit, cui deferatur Corona justitiae, & ideo ferenda patienter sunt, quæ videntur adversa.

S. Dorotheus hanc Davidis historiam expendens, acriter impatientes reprehendit, adeoq; cœcos, qui offensi nesciunt oculos aperire, ut inspiciant, unde originem trahant molestiæ, quas patiuntur. Audisti Davidis Sapientiam, quod Deus permissive præceperit Semei, ut illi malediceret, sed nos quid agimus, cum offendimur. *Cum verbum in nos dicendum audimus*, eheu impatientes, furibundi canes imitamur. Hi enim si quis in eos lapidem jecerit, jaciente dimisso, lapidem remordent, quasi motor alius non esset, aut alia causa. *Hoc ipsum & nos agimus injuriarum & adversitatum tempore.* Non ad Deum oculos vertimus, qui has calamitates ad medicinam, & ad remedium peccatorum nostrorum immittit, sed ad saxum nos convertimus, id est, ad proximum, & contra eum iram, indignationem, & furorem acuimus, ulciscimur, injurias multiplicamus, & saepè duriora verba durissimis factis retundimus. O miseri, O ignorantes, ubi talibus mediis egregie proficeret, & ingens meritum consequi poteramus, nostrâ demeremur desidiâ, & summam patimur jacturam, ignorantes, inquit Sanctus, quod omnia DEI providentiâ fiant, ad utilitatem uniuscujusq;.

CAPUT XIV.

Motivum tertium, Supremus Crucigerorum Magister Christus patiens.

Non

Non exiguum omnino est motivum patienter sustinendi Cruces & ærumnas, quæ Crucigeris, seu afflictis & ærumnosis obveniunt, né ex magnanimis fiunt pusillanimes, considerare & reflectere se, quid Ipse Supremus Magister innocentissimus videlicet Salvator passus sit: hanc artem o Crucigeri sub onere Crucis, spina adversitatis gementes, q; Cathedra Crucis, sub spinoso diadematate docet vos Magister vester JESUS Crucifixus illis verbis: *O! vos omnes attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus.* Sensus est, quisquis graviter te afflictum experiris, respice in faciem Christi Magistri tui, delicate Cruciger, dolores doloribus conferas, injurias injuriis, ærumnas ærumnis, Crucem cum Cruce ipsius, futurum polliceor, ut, quam sentis Crucem levius feres, exclamabisq; illico confusus tecum: *O Reverendissime Magister CHRISTE JESU pro me patientissime:* Attendi & vidi, non est dolor, sicut dolor tuus, contemptus meus, sicut contemptus Tuus, depressio quam elatio meruit, sicut depressio Tua, quam Tua profundissima nunquam meruit humilitas, paupertas mea, sicut egestas Tua.

Ita inter dolores & afflictiones è Crucigerorum cœtu, è numero videlicet afflictorum D. Bernardus, cùm dixit, sensit: *Quid Tibi respondeam Domine, quid loquar, aut retraham: fecisti mihi de corpore Tuo speculum animæ meæ.* Et alibi: *utrumq; mibi es Domine JESU, & speculum patientis, utrumq; fortiter provocat, ac vehementer accendit.* Eleganter id ipsum expressit D. Augustinus, dum ita omnes Crucigeros seu afflictos exhortatur: *Dominus voluntate passus, non necessitate.* Ille miseratione, nos conditione, ut quando talia perpetimur, intueamur Caput nostrum, ut ejus exemplo commoniti dicamus nobis, si Ille, quid nos? Et quemadmodum Ille, ita & nos, si enim olim configurari volumus corpori claritatis ejus, ut loquitur Apostolus, id est Christi Redemptoris nostri

I

Ma-

Thren. I.
v. 12.

S. Bernard.
apud Bon.
phar, lib. I.
c. 2;
Christus pa-
tiens Speci-
lum Cruci-
gerorum.
S. August.
Con. 2. in
ps. 14. init.

Magistri, configurermur prius corpori tenebrarum ejus, id est, Crucis, ac ærumnarum: Quam Crucem, ut eō leviūs portes, sequentium memineris: Si Christus, qui peccatum nullum unquam admisit, sed virtutibus omnibus fæcundus fuit, ex hoc nihilominus sæculo absq; vexationis & afflictionis igne, passionisq; acerbitate emigrare non potuit, tu virtutibus sterilis, vacuus & aridus bonis actibus, malitiâ plenus, absq; omni adversitate, reus gehennæ ob scelera, quæ Divina bonitas & misericordia præsenti punit Cruce, hinc transmigrare desideras: Bestia furens, non homo sit, quem inter adversitates, morbos, ærumnas, ista non animent, firmentq; ne animum despondeat, eatq; in iras nil profuturas.

Cibus aliquando de se insipidus, per saltam appositam ve condimentum fit sapidus (inquit Ludolphus de Saxon) sic tribulatio de se insipida, & omnis Crux amara est; sed apposita salsa Passionis Christi, que fuit amara, efficitur dulcis & sapida.

Et quis tandem ex omni Crucigerorum seu afflictorum numero persuasum habeat, se perperam factis nihil unquam promeruisse? Audi, quæ Domini vox aliquando fuerit, ad Beatam Margaretham de Cortona, inter Cruces & adversa oppido tristem & dejectam. *Tu me filia (inquietabat Christus) velut absentem à te, cum amarissimo steti requiris, sed si me desideras, redi ad crucem, in qua me toutes confixisti;* audiant, inquam, ista Crucigeri omnes, quotquot inter adversa & ærumnas deserteros se a Deo arbitrantur, & sëpe etiam desperato apud alios questu clamitant, sunt illi, prope dixerim, ridiculi, dum pañim gemunt, ac quærunt amissum, cum probè sciant, cui illum loco affixerint: Cruci Dominum, quisquis peccat, affigit, in Cruce igitur eundem quærat, necesse est, quisquis illum aliquando peccando afflixit, etenim qui Christum sic affigit, etiam affigit; istic ergò nec alibi quærendus est a Crucigero seu afflito Christus, & refigidus de Cruce, siquidem auxiliatricem illius manum sibi porrigi ab eo cooptat.

Modum hunc ab exemplo Josephi ab Arimatæa condi-

sce, qui accepto corpore Crucifixi JESU involvit illud in Syndone munda: Tu animam tuam à vitiis, pravisq; quibus affixus es, affectibus emunda, & Syndonem parasti condendo Magistri tui Christi videlicet corpori aptissimam atq; exoptatissimam: verbo quisquis quacunq; sui parte æger est, sive infelix, Deum Auxiliatorem suum non alibi reperiet citius quam in Cruce. En vestigia, quibus ad quærendum Eum aliorum præeuntium exemplo insistas.

Complures leguntur Sancti à mœrore è Crucibus hausto fuisse hoc uno liberati, quod Christum Crucifixum Magistrum ac Redemptorem suum meminissent fuisse passum, haud paulò atrociora, hinc eorum non paucis consuetum erat ad piam quandam Crucifixi imaginem respicere, aut etiam procumbere, quoties Crux aliqua toto in eos pondere incubuerat, sic faciebat Petrus Martyr ex familia D. Dominici.

De B. Susone pauca subnecto ejusdem familie Domini canæ augusto lumine: hic in cella, cœu cælo sedens, meditansq; illud Jobi: *Militia est vita hominis super terram.* à sensibus abductus, in eo Orationis æstu, raptuq; juvenem vidit miri decoris, qui ocreas, scutum, hastam, & reliqua equestris militiae instrumenta ad eum deferebat, in scuto Crux depicta erat, tum addebat & illud: Noveris te haec tenus o Henrice, in sacraiore Dei militia pedites inter numeratum, modo altius evocaris, ad Equestrem scilicet in eodem ordinem, & inde ad labores, æstus, afflictiones, ad invictam in malis constantiam, qualis esse debet in milite Crucis, cui jam ascriberis, suscipit promotionem Suso, tum juvenis: Crux tua o Henrice, deinceps triplex erit, sub ea magnarum virtutum exercitatio, primo quidem: haec tenus prout libuit te ipse affixisti, durus tibi ac crudelis, deinceps scias, flagello lingvæ iniquæ cädēris in fama, & quæ tibi vitâ carior est, æstimatione. 2. Tibi haec tenus inimicus fuisti, utpote in te sœ-

vus, at nunc patieris ab amicis ac aliis, hi deinceps & fidem fallent, & manus in te levabunt. 3. haec tenus cælesti manna in oratione pastus, & quasi lactatus ipsis Christi uberibus, deinceps felle & aceto potaberis, ablactatus à Deo & hominibus: Ecce tibi à triplici illa Cruce magnarum virtutum exercitatio, qualis scilicet decet militem, imò & Equitem S. Crucis, quā te donat, & militiæ sacræ adscribit.

Hanc objectā oculis speciem aliā die auribus suis à Christo hausit, cùm enim peracto Missæ sacrificio tacitus hæc apud se expenderet, jubetur à bono genio prospicere de fenestra, paret illico, & cernit canem, qui ore dentibusq; lacerum panni segmentum toto Cænobii ambitu circumferebat, mordebat, lacerabatq;, tum audiit illud è cælo: Sic aliorum & frequenter etiam fratrum tuorum dentibus laceraberis Henrice: quid ad hæc vir Dei, & strenuus Cruciger? è cubiculo mox descendit in subjecta claustra, & segmentum illud veluti Crucis suæ symbolum capit, appenditq; è collo, eò ornatur, quam Nobiles, Equitesq; aureo torque; neq; vana illi ostento fides, exinde enim peti se, raptari, morderi, lanariq; sensit, generosæ lanienæ fortiter adversitatum impetus æquissimo sustinens animo; at quia acutissimis calumniarum, vexationum impetebatur Cruciger hic telis, missiōnem à Magistro suo, id est, Christo petiit, à quo ipso die purificationis infantuli specie audiit: Henrice, Henrice, strenuo militi turpe est missionem petere. Crux quidem, quam sustines, gravis es; at Crucem tuam cum Cruce mea, dolores tuos, cum doloribus meis, calumnias tuas, cum calumniis meis conferas, levius feres universa. Obtemperat Magistro miles, ærumnas cum ærumnis Christi contulit, & aquievit, nec unquam deinceps, tametsi in militia gravissima pateretur, missionem postulavit, ut durioribus exercitaretur contentus.

Placere autem Christo Magistro ac Servatori nostro omnes eos, qui suos cum illius doloribus dolores, Crucem suam

suam cum Cruce ipsius conferunt, ex eo fit perspicuum, quod B. Angela de Fulginio de seipso refert, sibi nimirum, cùm à Deo postularet rationem & modum doceri, quo ei se gratiosam redderet? Christum è Cruce pendentem apparuisse, & cùm, ea specie se mihi, inquit, illa exhibuisset, jubebat me oculos in Sanctissima ejus vulnera conjicere, quo tempore mihi ostendit, se mei amore omnes eos dolores percessum, atq; ea detegendo adjunxit: Quid poteris præstare, quod meo in te amori respondeat: Innuebat hoc quæstionis genere id ipsum, quod hic tractamus, afflictarum mentium antidotum, ut suos videlicet dolores, Cruces ac ærumnas æquâ lance cum Christi cruciatibus appendenter, dicerentq; exinde fibimetipſi. Hæc ille, quid tu, quid tua, & illius tormenta, quid injuria, egestas, depresso ad ejus Crucem, cruciatus, & depressionem? Quo audito Angela tenerè lachrymata, tam calentes lachrymas fundebat, ut genas illi adurerent, ac necesse fuerit eas frigidâ recreare, ad eum flentis ardorem mitigandum.

Novimus omnes ejusmodi vocem, quam afflittiſſimo Jobo cumulatæ ærumnæ expreſſerunt, videlicet: Utinam appenderentur peccata mea in statera, quasi arenâ maris hæc gravior appareret. Sunt de Crucigerorum seu afflictorum cœtu interdum, qui ferè in consimilia erumpunt, dum suas patiuntur Cruces, aut ærumnas, gravissimas esse credunt, & gravissimè eas sentiunt; quare persuasum ego illis velim, ut respiciant in faciem CHRISTI JESU, audiētes à Supremo Magistro Crucifixo scilicet, vocem: Utinam appenderentur non jam peccata tua, sed calamitates tuæ, & calamitas, quam ego patior in statera, quasi arena maris hæc gravior appareret.

Huc, huc ad stateram Crucis CHRISTI Crucifixi toti se conferant Crucigeri, quotquot iuuriis, morbis, vel cuiuscunq; generis ærumnis Crucibus ita attinentur, ac premun-

Daniel. 5.
v. 27.

tur, ut pænè succumbendum sibi putent, fuos istic myrrhæ fasciculos æquâ lance appendant, ac Cruces datâ fide illis spondeo, eorum quemlibet sibi dicturum continuò. *Appensus es in statera, & inventus es minus habens, & infinitè minus, scis enim, quanti plumea, & plumbea Crux di- stent, tua est illa, quam geris, hæc Christi Magistri tui, nec plumbea tantum ista, sed si quid plumbo gravius uspiam aut esse vel fingi potest. Ite nunc delicati terræ pulli, Crucige- ri plumei, & plumeas Cruces vestras passim per ora homi- num gemebundi deplorate. Cruciger sine Cruce non valet unâ nuce, dixerat mihi quondam de Cruce conquerenti Avunculus meus Soc: J: quod fors à S. Augustino accepit, qui dixit: *Implumis est & inermis, quisquis sine Cruce est.* Inermis inquam, nam Crux Sanctis Patribus, nominatim D. Chrysostomo, gladius est, scutum, thorax, galea, hanc tu armaturam tunc quoq; induis, quoties Crucem patienter portas, & adversa æquo toleras animo. Cùm igitur te Cruce onerari sentis, tum te à Deo credas obarmari, tuum tunc erit cavere à refractaria illa Davidis voce: *Non possum sic incedere.**

1. Reg. 17.

Eruperat in hæc verba David: Cùm se non vasti corpo- ris homulum, magnâ Saulis galeâ, æneâ, & loricâ contra Goliathe senserat obarmari: Erumpunt sæpè numero in has ipsas voces, multi tametsi Crucibus onerantur, & armantur, non nisi parvis & exiguis, audies illico à quibusdam cum ge- mitu passim exclamari: *Non possum sic incedere,* has & illas Cruces non sum ferendo. Si isthæc, quam sentio Crux paupertatis, depressionis gladius esse debet, contra superbiæ insultus. *Non possum sic incedere.* Si Crux morborum, quibus miserè conflictor, thorax ferreus esse debet, contra lascivientis cupidinis tela. *Non possum sic incedere:* Si deniq; Crux illa, quæ mihi chara capita aufert, pro galea esse debet contra luctus & mœrores: *Non possum sic incedere.*

Me-

Sap. 1. v. 1.
1. ad Cor.
10. v. 13.

Meminerint hi refractarii Crucigeri, & omnes angustæ, & abjectæ mentes, verborū Apostoli dicentis: Nos debere sentire de Domino in bonitate, dum ait: *Fidelis Deus qui non pa- titur nos tentari super id, quod potestis.* Nullum Deus super vires onerat, nec Crux ullum premit super vires, qui ergo sub Cruce animo cadit, suomet non Crucis pondere cadit; ne & tu sub tua cadas Cruce: Aspice in Authorem fidei, & consumatorem JESUM.

CAPUT XV.

Continuatur idem argumentum.

Optimum omnino remedium in adversitatibus memoria Christi in Cruce expansi: nam qui Ipsum Crucifixum fixis contemplatur oculis, omnes calamita- tes facile superat, mentem experit serenam & tranquillam in medio sœvissimarum tempestatum, aut persecutionū, injuriarum, & adversitatū, undecunq; tandem veniant. S. P. Augustinus verba Psalmi 54. v. 9. exponens: *Expectabam eum, qui salvum me fecit, à pusillanimitate spiritus, & tempestate;* do- cet nihil præstantius esse ad exuendum pusillanimitatis vi- tium, & ad mentem tranquillè componendam, sœviente tem- pestatum furore, quæ in hoc mundi oceano frequentissimè suboriuntur, quam ea sibi objicere, quæ DEUS pro nobis passus est.

Componit hunc textum cum historia à D. Matthæo de- scripta, quando æstuantibus fluctibus, submersionis periculo exposita erat navicula, in qua Discipuli cum Magistro dor- miente vehebantur, accesserunt ad Eum Discipuli Ejus, & fu- citaverunt Eum dicentes: *Domine, salva nos, perimus.* Imperavit Dominus ventis & procellosis undis, & facta est tranquillitas magna. Nunc S. Doctor sic fere differit: Miselle in mare con- jectus es, inter tempestates degis, fluctibus & ventis contra- riis

qui Crucifixum me- minit, sedat- tur.

S. August.

Matth. 8.
v. 24.

riis plurium & diversorum malorum infestatus, ut tibi consulas, ut effugias, imaginari tibi velis, quod Salvator te interne alloquatur: *Me attende, quid pertulerim.* Forte domini fratrem habes adversarium, aut extra domum implacabilem hostem, qui te in gravissimas angustias deturbat, sed ego a quo non passus sum? Extra aedes fremebant Judæi, & ex domesticis, nonne a Discipulo traditus sum? Pauper es! sed Ego cum quanta paupertate natus sum? cum quanta inopia vixi? in quanta miseria vitam exui? Quod tuum est, aufertur! sed ego nonne etiam vestimentis expoliatus sum! calumniis peteris! sed quas calumnias, criminaciones non pertuli? Infons infamia laboras, sed nonne seductorem, sceleratum, nonne blasphemum, nonne & dæmonem me appellârunt. Injuriam pateris! sed quas injurias, quæ opprobria non sustinui? nonne in terram collisus? nonne facies mea sputis defœdata? nonne in faciem percussus fui, & quibus derisionibus non fui expositus? Consangvinei & amici te deseruerunt, & a consangvineis & amicis ego quoq; desertus eram? injustam sententiam experiri coactus es, & in me quoq; fuit perversa sententia lata. In corpore pateris? sed & ego immensos dolores, & in corpore & in anima sensi. Sœviat tempesta ergo. Sed ecce Dominus tempestati nos eripit, & a pusillanimitate liberat, mentis tuae navicula turbatur, quia in te dormit, imitare Discipulos, excita Eum, opeum Ipsiœ implora, scis, cur tam impatiens sis? Cur nihil adverti sustinere valeas? intolerabiliter pateris, inquit S. Pater, quia non venit tibi in mente, quid pro te pertulerit Christus; si in mentem non tibi venit, Christus dormit, excita Christum, recole fidem; tunc enim in te dormit Christus, si oblitus fueris passionis Christi; tunc in te vigilat Christus, si memineris passionum Christi, concludit literarum Pater: Cum autem pleno corde intuitus fueris, quid Ille fuerit passus, nonne & tu a quo animo tolerabis?

Tole-

Tolerabis utiq; nedum patiente & invicto animo, sed & labente, & fortissimis gaudes, quia inventus in aliqua similitudine passionum Regis tui. Cum ergo ista cogitans consolari, & gaudere cœperis, Ille surrexit, Ille ventis imperavit, id eo facta est tranquillitas. Ideo te eripuit tempestate, & Spiritus tui pusillanimitatem profligavit.

Admirantur Sancti, dum expendunt, quanta animi libertate, & immobilitate Patriarcha Abraham, ad sacrificandum filium dexteram protenderit. Erat Isaac filius ille tot votis expetitus, a Deo promissus, miraculose datus. Erat ille Genitorum gaudium, Parentum amor, utriusque senscentis baculus, animorum jubilum, dextri oculi pupilla, posteritatis spes, & familiæ collabentis sustentaculum.

Jubetur Abraham propriâ manu filium perimere, & ipse non renuit, non negat, ad mœrem vultum non componit, non gemit, non luget, non conqueritur. Ecce jam sub oculis jacet filius, vinculis adstrictus, jam ensem stringit, jam dexteram intrepidam acuto ferro armatam extendit, ut vitam proli eripiat. Hoc spectaculum considerans D. Zeno ser de Abraham exclamat: *ubi sunt lachryme! ubi dolor! qui in humanis sensibus versari consuerit etiam in levioribus?* Non solùm non luget, nec ullo dolore frangitur, sed in tantis filii casibus latatur, & gaudet, non turbatur, sed ad DEI mandatum exequendum proferat, non affligitur, sed exultat, qua de causa? Causam docet Salvator Dominus: *Abraham exultavit, ut videret diem meum,* ridet & gavisus est, qualis est ille dies, ad cuius antenam lucem Abrahamus tanto gaudio corripitur? Quando jamjam accinctus erat ad immolandum filium suum, nunc enim divinum lumen menti ipsius affulgit, revelatumq; ei est, futuram aliquando ætatem, ubi DEI Verbum assumptâ carne, in qua non ut Deus, sed ut homo pati poterat, mille petitum injuriis & innumeris confectum cruciatibus, mortem subiturum est, quæ in sacrificio præfigurabatur, quod ipse offerre debebat: Repræsentata itaq; ipsius animo Christi Domini Passione, ac morte, ita se

Abraham
intrepidus
filium imo-
taturus ex-
ultat, quia
Passionem
Christi con-
siderabat.

D. Zeno ser.
de Abra-
ham.

K

stimu-

stimulatum, excitatumq; sensit, ut quanvis inter humanos casus acerbius nihil, quam filii mors evenire posset, nihilo minus promptus, fervens, ac lætabundus mortem ei inferre decreverit: Sic eum Christi patientis contemplatio animavit, intrepidumq; reddidit: *Abraham exultauit, ut videt diem meam, vidit & gaudens est*: S. Prosper part. 2. de promiss. c. 17. explicat diem scilicet Passionis filii DEI in suo filio figuratum, videt Abraham. *Hæc passionis cogitatio tantum cum perfudit latitudinem, hæc tam generosum animum in illis evenibus subministravit, in quibus fortior quisque caderet oppressus dolorum acerbitate, & se victimum præberet.*

Exarat epistolam S. Bernardus elegantem sanè & spiritus fervore plenam & nobilissimo cuidam Adolescenti transmittit Hugoni nomine, qui mundo valere iusto, conculcasq; impii sæculi legibus in monasterium secesserat; DEO suo præstitorus obsequia: Non te ordinis asperitas deterreat, teneros agentem annos, inquit S. Abbas, non Religio-nis perturbet rigor, senties divinam manum, ac Deum experieris opitulantem. Si tentationum molestiarint aculei, oculos ad serpentem æneum in Cruce pendentem volve, & in animi amaritudine suge non tam vulnera, quam ubera Christi, & ineffabilem reperies dulcedinem, Ipse erit tibi in matrem, & tu Ei eris in filium, cū Christo Crucis affixus es, nec pariter Crucifixū læderet aliquatenus poterunt clavi, quin per manus Ejus & pedes ad tuos usq; perveniant. Clavi, qui Christi Domini pedes ac manus transfigunt, mitius discipulos pungunt, & exiguum possunt dolorem afferre.

De S. Pachomio scribit Metaphrastes, quod per horridum desertum spinis, atq; arborum truncis obsitum ligna collecturus non una duntaxat vice, sed pluribus incesserit nudis pedibus, ita ut per laceram carnem plurimus crux efflueret. Sed quid? tranquillo animo, hilariq; vultu puncturas suscipiebat, & carnem dilaniari sustinebat læsus, memor clavorum, quos Christus Dominus scelerum nostrorum ergo

per-

S. Prosper.

*Historia.
Crucem &
adversa non
sentient in-
tentia in
Crucifixum.*

S. Bernard.

*Historia.
S. Pacho-
mius Christi
Clavorum
memor spi-
nis dilaniari
amat & la-
tatur.*

pertulerat, quasi vulnerum Christi contemplatio proprioru-m vulnerum dolorem non admitteret.

Lippelous 14. Aprilis stupenda profecto refert de S. Liduina Virgine Batava. Hæc triginta octo annorum spatio eot & tam gravibus infirmitatibus conflectabatur, ut illi, quibus humana erant viscera, virginem sine horrore intueri non possent, nullum in ea membrum reperire licebat, quod inauditis doloribus non fuerit subjectum. Hanc aliquando venerabundus Sacerdos invisit, hortatusq; est ad patientiam efficacissime. Proposuit ipsi, ut mente in saepius defleteret ad Martyrum tormenta, qui nunc in Cælis summa gloria perfruuntur! sed vel maximè inculcavit, ut Dominicam expenderet Passionem. Ajebat ipse: Filia, Christum pro te vulneribus concisum intuere, aspice in Cruce pendentem, clavis confixum, & extremis dedecoris ac ignominiae maculis affectum, nihil dubita, quin ex assiduo illius conspectu refectione tandem assiduâ perfrueris, spondeo ubi acutiores infestabunt dolores te cælesti solatio totam perfundendam. Non aeri, non vento, non surdis auribus commissa erant hæc verba, sed pectori divinam hanc Philosophiam profundius impressit Sancta Virgo, nihil amplius cogitare, nil dicere poterat, quam de Christo Crucifixo, totis intellectus viribus ad torrentem passionum amoris sui Crucifixi tendebat, in angustiarum extremitate hoc unicum dicebat, repetebatq;: O bone JESU, miserere mei. Alterum Jobum exhibuit, ac vera patientiæ idea evasit, nam à Nativitate contracta vivit in continuis infirmitatibus; præter scabiem & ulceræ purulenta paralysi quoq; laborabat, & excepto capite & sinistro brachio omnibus membris capta jacebat immobilis, ita ut semper supina jacere & manere cogeretur, aperto dorso ita cutis lecto conglutinabatur, ut si quando familia compunctione tacta illam tantisper sublevare dignaretur, misero corpore dilaniato, pellis frustata in lecto, qui stramentitus

K 2

erat,

*Historia.
S. Liduina
atracissimos
dolores pa-
titur me-
moriam Chri-
sti patientis.*

erat, remaneret; pectus habebat cancro affectum, & vermis scatens, qui sine cessatione carnes Virginis absumentes, nedum personam illius, sed etiam lectum, & ipsum, in quo morabatur, cubiculum inficiebant. Acutissimos præterea in capite hæmicraniæ dolores patiebatur, acsi ut si bi visa est, clavis ad cerebrum usq; transfigeretur; parum abfuit, ne phrenetica evaderet præ dentium dolore, diversis insuper febribus hectica, phtisi, hydropisi afflita, ut omni humano solatio careret, acrioribus nonnunquam verbis à suis met impetebatur, etiam à propria matre relieta, in tanto tormentorum excessu animam suam patientis JESU recordatione refocillabat: *O Bone JESU, miserere mei, Crucifixum inclamans.*

Historia.
S. Maria de
Ognes.

Crux Chri-
sti susten-
taculum Cru-
cigerorum.

Alia quædam Virgo in Belgio præclarum pariter exemplum dedit S. Maria de Ognes, (recensetur à Jacobo de Vitiaco) horrendis se jejuniis macerare solebat, unicâ tantum vice in die reficiebat, & pane quidem tam nigro, & aspero, ut & canes eum respulserent, hujus panis durities tanta erat, ut virginis fauces gravissimè læderet, & ex vulneribus sanguis eliceretur, sed totum suarum macerationum rigorem, & quælibet alia mala, quæ sustinebat, sanguinemque ipsum è faucibus profluentem, Sangvinis Christi memoriam dulcem sibi reddebat; ita verum unicum in ærumnis & diversis Crucibus potentissimum levamen, & solamen JESUS Crucifixus. S. Joannes Damascenus Christi Crucem nuncupat baculum infirmorum. Ponamus ægrum quandam esse extenuatum, languidum, solâ pelle & ossibus compactum, qui vix pedem regere, aut se movere possit, qui totus contremiscat, cuius plantæ vacillent, & ut unico verbo dicam, qui singulis fere momentis videatur ruiturus, quid si iste baculum apprehendat, eiq; innitatur! nedum sustentatur, sed & ambulare novit, certus se non lapsurum, o! pectora infirma! o! animæ debiles, o! vos qui nullas in vobis vi-

TETIO

res

res reperitis, ad sustentandas adversitates & Cruces occurrentes, confugite ad baculum Crucis Christi Domini. Huic inniti placeat, Passione Domini vos regite, bene eam expendite, fortes enim & robusti efficiemini, securi incedetis, in patientiæ virtute proficietis, & omnem pusillanimitatem ac timorem deponetis.

CAPUT XVI.

Motivum quartum. Instabilitas Crucis, & certa successio bonorum.

Sapientissimo Æterni DEI decreto statutum est, ut humanis rebus quasi sit perpetua mutatio, modo infortuniorum, modo prosperitatis, Crucis, miseriarum, & solatiorum vicissitudo, nec vult continuationem in ipsis aut illis, sive temporales, sive spirituales, aut in ordine naturæ, aut in ordine gratiæ. Solitâ suâ gravitate & eloquentiâ S. Greg. Naz. monet: Semper oculos ad has convertendas esse vicissitudines, & ubi eas conspicimus, non spem esse abjectiandam in adversitatibus, neq; deponendum in prosperitatibus timorem, cum plerumq; sibi invicem succedant. Nec cum mœrore afficeris, secundorum spem abjice, nec cum prosperis rebus frueris, mœrorem. Quatuor partibus distinguuntur annus, & plurimas tempus secum fert mutationes: discas, quomodo te in gaudio & mœrore gerere debas. Annus unus quatuor partes vehit, atq; unicum temporis momentum multas rerum mutationes. Vide, ut præsentes voluptates futurarum tribulationum recordatione modereris, quæ abesse diu non possunt: Et cum te mœrore ac tædio oppressum senseris, pro viribus tristitiam reprimas conceptâ spe, quod brevi fors tua sit melioranda. Solet enim DEUS servis suis modò Cruces, dolores, modò oblectamenta, nunc afflictiones propinare, & finis, quem inten-

K 3

dit,

S. Gregor.
Nazianzen.
orat. 33.

Universorū
mutatio.

dit, iste est, ne in adversitatibus submergantur, & ne diffidunt; in prosperis vero rebus, ne se efferant, & nimium de se præsumant.

Talis est hujus vitæ conditio, quod bonorum & malorum sint vicissitudines, & neq; bonum, neq; malum firmiter persistat. In cælis nulla mala bonis permixta sunt, qui hæc aliquando afflicti sunt, nullam amplius eorum patietur jacturam; in inferno omnia mala, sed nulla bona admittuntur, & ibi mala & pœnæ perpetuæ firmitate stabilitur; sed in hac vita bona & mala invicem permixta sunt, sibiique ut dies & nox succedant. In inferno æterna nox; In cælis æterna dies; hic interpolatim progrediuntur. Et hæc est scientia, quam voluit Propheta Regius à die & nocte nobis propinari, earum exponentibus vicissitudines. *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scienciam:* Non dies diem immediate subsequitur, neq; nox noctem, sed dies nocti, & nox diei succedit; & hoc totum scientia Dei disponente, inquit S. Thomas. In nocte adversitatis, Crucis, lates, bene spera post tenebras lucem, post tribulationem solatium & refrigerium præstoleris, non possunt esse semper mala, non semper prospera, sed horum vicissitudines: Christianum Demosthenem audi exclamantem: *O pulcherrimum ordinem, O sapientissimam DEI dispositionem, quam bonum, quam prudens regimen: universum orbem terrarum Deus ià gubernat, & humanos easus ià attemperat, ut modo hoc modo illud adhibeat, nec secunda semper concedit, nec adversa semper incurrit, & quemadmodum nox post diem, & dies post noctem, eodem modo nos nunc dolor vexat, nunc voluptas permulcet, nunc agitatio labiramus, nunc fruimur sanitate, naturali enim consequentia, ut successione hæc omnia fiant*

At dices, quod hæc regula apud te exceptionem patiatur, eo quod Crucem, & mala semper experiaris; audi rursum S. Chrysostomum: Christiane non sis ingratus, ut meliora non cognoscas, non enim in doloribus quisq; semper esse potest, cum ipsa natura id sufferre nequeat, nec Ipse Deus con-

Psal. 18. v. 2.

S. Chrysost.
hom. 74. in
Matth.

continuis vult hominem transfigi cruciatibus; sed ut bona & mala veluti naturali consequentiâ, & sic exigente hujus vitæ conditione sibi invicem succedant. Humanas res & eventus, qui in mundo in dies eveniunt, maturo judicio expendens Propheta ita loquitur: *Hunc humiliat, & hunc exaltat, Calix in manu Domini vini meri plenus misto, & inclinavit ex hoc in hic, verumtamen fæx ejus non est exinanita.*

Tria in hoc Calice reperiuntur, vinum purum, fæx, & vinum mistum, ait S. Augustinus. Obscurum est aliquid, Calix vini meri plenus misto, quomodo meri, si misto; quomodo fieri potest, ut hæc omnia tria reperiantur! quomodo se invicem pati possunt? pulchrè ad hoc respondet Richardus: Quod hic textus intelligendus sit ad diversa tempora, loca, & status, inhærendo metaphoræ. Nonne sic est, quod in cæli superiore parte sit vinum purum, in fundo sola fæx jaceat. Sed quid si cælum volveris & revolveris, nonne vinum & fæx commiscentur: Per calicem in manu Dei intelligenda est Divina justitia, profunda & incomprehensibilia ejus judicia: vinum merum est lætitia omnis mœroris expers. Sola fæx miseria est absq; solatii mixtione. Per vinum mistum indicantur adversa & prospera conjuncta, & sibi invicem succendentia: vinum purum æternam felicitatem significat. Fæx summam miseriam, vinum mistum mutabilitatem temporalem notat ex prosperis & adversis compositam. Audi Richardum: Merum est, æterna felicitas, fæx sempiterna infelicitas. Mixtum ex prosperis & adversis temporalis mutabilitas: Hunc Calicem bibendū Angelis porrexit Deus, aliqui enim cadendo fuere confirmationi in malo, & his fæx propinatur, cùm ad perpetuam miseriam, æterna sunt condemnati tormenta, & malam Crucem: Alii, qui DEO adhæserunt, in statu gratiae fuerunt salvati, & his vinum purum exhibetur æternæ & supernaturalis beatitudinis; sed quid nos mortales bibimus? & inclinavit ex hoc in hoc: Nobis vinum mistum propinatur, non vinum omni-

Psal. 74.

Rich. à. S.
Vistore in
exposit. hu-
jus textus.

omnino purum, non sola fæx porrigitur, sed vinum & fæx, bona & mala, tribulationes, Cruces, & solatia, miseriæ & prosperitates, morbus & sanitas, fletus & gaudium, mœror & lætitia, voluptates & angustiæ animi, confusio & serenitas, nunc depressio, nunc exaltatio, sic naturæ humanæ convenit in hac præsenti vita, nam ab initio usq; ad finem sæculi ejus fors per prospera & adversa variatut, inquit Richardus. Fel adversitatis nunc sæpius gustare & haurire debes, ne metue, ne concidas animo, bibes merum vinum paulò post, id est, Crucem nunc toleras, spera gaudium & solatum, post tempestatem enim communiter sequitur serenitas.

Deus post
Cruces solatia
mittit.

Gen. 27.
Jacob post
vulnus ad
osculum invitatur.

Hugo Card.

Tu qui à DEO, & ipso ordinante à Creaturis flagellatus, percussus, & tribulatus Cruciger ingemiscis, nil certius quam ejus blanditiæ expecta. S. Patriarcha Isaac alloquitur Jacob e cælo electum: *Accede hoc, ut tangam te, fili mi,* accedit ipse, palpat Pater, & omni industria & studio probat, quis sit, paulopost stylum invertit, & ait: *Da mihi osculum, fili mi,* & post mutua suavissima oscula impertit ipsi benedictionem, ac precatur à DEO omnia tam cæli, quam terræ bona. *Ecce, inquit hic Cardinalis Hugo, ecce ad vivum expres-*
sam præxim, & solitum Patris nostri morem: Quid significat tangi manu DEI? Angustias, Cruces, infirmitates, & miserias notat, hinc dæmon damnis Jobi totus intentus tollicitabat: extende paululum manum tuam, & tange os ejus & carnem.

O! quam nobile, o! quam suave mysterium, Deus illos tangit, qui ad ipsum accedunt, justos nimirum, charos suos & dilectos filios, quibus suam vult dare hæreditatem: quem diligit Dominus castitat, *flagellat autem omnem filium, quem recipit.* Vidistine aliquando Matrem, quæ filium suum percusso? eo percuesso quid agit? tota amore fervens & lachrymis filii compatiens non potest se continere, quin citius eum amplectatur, quin brachiis affectuose stringat, & suave osculum infigat: Sic Deus nobiscum agit, quem Dominus prius tetigerat per flagella, Cruces, adversa modo invitat ad osculum.

MMIO

lum. Sed nota, quod non statim Jacob receptus est ad osculum Patris, sed post tactum, id est, post patientiam flagellarum: Cur hic ordo servatur? ut intelligamus, quod calamitates ad morem magnetis beneficia divina attrahant, quod Cruces & adversitates sint velut necessariæ dispositiones præquisitæ ad introductionem formæ Divinæ gratiæ, & cælestium benedictionum; quare cum flagellum sentis, osculum expectes, quando Cruce, adversis premeris, tunc frueris Dei beneficiis & blanditiis, tunc rore cælesti perfunderis, tunc ad Divinos amplexus admitteris, tunc imber maximarum benedictionum in te decidet. A luna etiam similitudinem accipe, quod post eclipsim serenitatem rursus demonstret.

Luna symbolum hujus Mundi, & hominis viatoris, uti ait S. Gregorius: Luna in sacro eloquio pro defectu carnis ponitur, quia dum menstruis momentis decrescit, defectum nostræ mortalitatis designat, hanc alloquor: Dicas o! Luna, video nova te semper exornare venustate, crescis semper novâ luce, & tanto te splendore & decore vestis, ut merito dici possis: æmula Solis: sed an propterea gloriaris? an superbis? nequaquam, respondebit ipsa, quia paulo post decor iste recedet, & elegantia evanescet, quæ tam illustrem me reddit. Aliis vicibus illam video fulgore suo destitui, ita quidem ut amplius non discernatur. O misera Luna! quomodo langues, luce depauperata, omni privata splendore, venustatis inops, & sic mendica, ut etiam minima stella te longè pulchrior effulget? misera quomodo te sol tuus deseruit, an ideo conquereris? an perturbaris? minimè, inquit ipsa: Sol enim meus benigno obtutu certè iterum me intuebitur, & paulo post primos splendores, venustatem & felicitatem spero me recuperaturam.

Disce O fidelis! in tuis eventibus ab ipsa Luna adhibere moderationem. Tu Luna es, quæ à Supremo Domino Christo vero Justitiae Sole recipis quidquid luminis, quidquid virtutis, quidquid gratiæ in te effulget, felicitate, gratiæ

L

apud

Luna Sym-
bolū homi-
nis Viatoris.

apud Deum & homines crevisti, nunc eam amisisti. Disce inquam, à Luna: Nam si etiam Luna, cui Dominus tam
tum commisit ministerium, ut illuminet orbem terrarum,
& crescit, & deficit, cur non id moderationis assumimus; ut
neq; in adversis abjiciamus animum, & rursum non extol-
lamur in prosperis. Quid superbè intumescis? fugient, fu-
gient felicitates istæ, quibus nunc frueris. Quid perturba-
ris o! mœstissime Cruciger sub Cruce hac, aut depressione,
& tua eclipsi, benè spera, cessabunt istæ miseriae, Crux, ad-
versitas, & amissam recuperabis lætitiam ac splendorem: ci-
tò, (ait Thomas à Kempis) conquiescat commotio excita-
ta; & dolor internum revertente dulcorabitur gratia, adhuc
vivo ego (ait summus Magister) juvare te paratus, & solito
amplius consolari, si confusus fueris mihi, & devotè invoca-
varis.

S. Paula Romana, ut testatur S. Hieronymus in ipsius vi-
ta, in angustiis suis nullâ ratione animum abjecit, sed majo-
rem induit, & quo magis crescabant tribulationes, eo etiam
major vigebat in ipsa spes vicinarum consolationum, non
ignorans monitum Isaiæ, ut septuaginta interpretantur, ab-
lactati a lacte, tribulationem super tribulationem expectate,
spem super spem. Hoc scripturæ testimonio in sinistris
quibusque casibus, & eventibus sese vel maximè animabat:
In tribulationibus & angustiis hæc replicabat eloquia, &
hoc scripturæ testimonium in consolationem suam accipie-
bat.

CAPUT XVII.

Motivum 5.

Felicitas & Veneratio Crucigero-

rum seu affictorum.

Frequentissimus quisq; dum Crucibus sese pressum, æ-
frumis, & adversitatibus circumseptum experitur, ju-
dicat

Thom. à
Kemp. lib.
2. c. 57.

mod. vob
miseris

dicat se miserrimum, infelicissimum, divinâ penitus desti-
tutum pietate & memoria: at quisquis ita sentit, erroneo de-
luditur judicio: felix est, quisquis cum Cruce est, imò for-
tunatior, quod majori aggravatum se sentit Cruce & ær umna.
Ab ipsis, qui lumine veritatis caruerunt, id ipsum disce: Gentilis erat Demetrius Philosophus, & infelicissimum eum
existimandum dixit, quem felicem reputat mundus, unde
dicebat: Nihil mihi videtur infelicius eo, cui nihil unquam accidit
adversi. Quod & sapiens approbavit Seneca dum ait: Illos
merito quis dixerit miseros, qui nimia felicitate torpe-
scunt. Et alio in loco: Miser es, si nunquam fueris miser, miser-
rum te reputas, dum interdum quispiam cæteroquin ami-
cissimus te persequitur; at falleris, ab omnibus soveri infeli-
tas est: Miserrima est fortuna, quæ inimico caret. dice-
bat Seneca: Infausto sydere natum existimas, si adverso in-
egestatem aut mœrorem laberis eventu, erras, infelix, si cun-
cta secunda contingunt.

Veritas hæc nec Philippum latuit Macedoniae Regem, qui cum die quadam tres fortunatissimos acciperet felicium
successum nuntios, locò gaudii in amaras prorupit lachry-
mas & querelas; Quomodo ô Philippe? cur plangis in
tanti die jubili? Fleo, respondit ille, quia fortuna & Dii exi-
lem mei videntur habere curam, neq; me tales reputant,
qui sufferendis eorum iætibus sim sufficiens; unde ad cæ-
lum querulus dicebat: O Dii, pro tot tantisq; bonis levi
quopiam malo afficite me. Possibile ne est ô Dii mei!
vos tam exiguum habere æstimationem, ut secundis sem-
per navigem ventis? mei, vos precor, experientiam capite,
intrepidum animum aliquo ad minus agitate assultu: Levi
quopiam malo afficite me.

Seneca porro rationem assignans, cur infelices illi ha-
bendi sint, quos felices accinit Mundus, ita discurrit: For-
tuna fortissimos pares sibi querit, quosdam fastidio transit,

L 2

rectis-

Sen. lib. cur
bonis viris
&c. c. 4.

Plutarch in
Apophth. fol.
346.

Seneca.

rectissimum aggreditur, adversus quem vim suam intendat. Erubescit fortuna manus suas conserere cum hominibus abjectæ conditionis, & animi vilis, generosos appetit, & magnanimos. Quocirca si te Crucibus, ærumnis, adversitatibus concuti animadvertis, ne te miserum & infortunatum aestimes, aquiesce lætabundus, signum namq; est te à fortuna & cælo magna haberi in aestimatione & respectu, tanquam hominem virtutis & fortitudinis; Magnanimos fortuna petit, contemnit abjectos. Cruce, ærumnis, & adversitatibus pressus es, miserum ne te existimes, quia hæc te cælo inscribunt. Auscultes, quid pientissimus Job afferat: *Terrebis me Domine per somnia & visiones: quapropter suspendum elegit anima mea & moriem ossa mea.* Domine propter quoddam visum somnium volo me suspendere.

Secundum doctos actiones omnes, quæ procedunt ex humana inconstantia, sunt peccaminosæ, v. g. Si quis ex desperatione voluntariè seipsum perimit, damnatur; quomodo igitur afferit Job, quod propter somnum se ad furcam adigere velit. Respondet D. Chrysostomus: Jobo in illo somnio mysterium fuisse revelatum diversæ prædestinatio-
nis; sicq; vidit Stephanos lapidatos, Laurentios incineratos, Petros crucifixos: Itane ô Domine, dicebat Job, omnes prædestinati per tribulationes transibunt, & ærumnas; & ego quid patiar, ut tuus habear electus? scio quid faciam, suspendio me interim, verba sunt S. Chrysostomi: *Suspendum elegit anima Job, ut in seriem vocaretur justorum: felix, non miser es, dum æruminis circumseptus es, nam per Cruces & adversa in sortem vocaris justorum; quo plures tuleres Cruces, ad sublimiores evehiris cælos, gloria enim cælestis ad mensuram tribulationum & passionum confertur: Memen- to illius Apostolici, ab ipsomet S. Paulo commemorati, ascen- sūs dñi ait: scio hominem in corpore, sive extra corpus, nescio, ra- ptum hujusmodi: me raptum vidi, & ad cælos usq; sublimatus: ast ad qualem locum pertigisti ô Apostle Sancte? usq; ad ter- tium*

S. Chrysostomus
in Jobum

Majorem
Crucem co-
mitatur ma-
jor gloria.

-affter

ium calum; cur non perrexisti ulterius? cur non promovi-
sti volatum? ignoscat tibi Deus, si namq; animosius tuas inquietasses alas, indubie usq; ad cælum pervenisses empy-
reum, ibidemq; infinitos quasi contemplatus fuisses gloriæ abyssos; Cur igitur ô S. Paule, non attentasti scandere sublimius? quid? inquit S. Apostolus, forsitan ex parte volun-
tatis meæ defectum aliquem intervenisse arbitremini? Ne-
quaquam, non ascendi ulterius, quia sublimior mihi defecit scala: gradus, quibus ad cælum concenditur, passiones, per-
secutiones sunt ærumnæ, flagella & Cruces, quia itaq; ego tertio duntaxat propter Deum aspera sustinui tormenta &
flagella, & totidem subii naufragia. *Ter virgis cæsus sum, ter nau-
fragiam pertuli,* ideo nonnisi ad tertium potui pertingere cælum; si pluribus subjectus fuisset flagellis & passionibus, alios utiq; etiam superiores superässim cælos. Non igitur miser & infortunatus es, quoties Cruce, adversitate oneraris, & premeris, cum te beatum faciant hæc, & in beatorum inscribant numerum, quo plura generoso & infracto tuleris animo eo in cælis telicior.

Quod honorem attinet Crucigerorum seu afflictorum, tantus is est, ut ii ceu reliquæ sacræ honorentur & veneren-
tur ab ipsis Angelis. Duos e numero Crucigerorum in te-
stimoniū adducam, omni dignissimos fidē; & primo quidem Supremum Magistrum, Christum videlicet Resurrec-
tem, cuius pedibus, cum advolvi gestiret, tam amans quām
pœnitens Magdalena, mox sibi dici audiit: *Noli me tangere: recede ô Magdalena, & cave me contingere.* Quomodo?
Magdalena dum peccatrix esset, tunc ô Domine permitteba-
tur tangere & exoculari sanctissimos pedes: *Non cessavit oculi-
lari pedes Ejus; jam vero sanctam & justam repudias?* Thomam incredulum ad ipsiusmet lateris admittis contactum:
Mitte manum tuam in latus meum. A Magdalena autem
justa vel ipfos detrectas attingi pedes?

Cruces &
adversa a-
scensus ad
Cælum.
2. ad Cor.
II. v. 24

Cruciger-
rum seu
afflictorum
Honor.

Joan. 20.
v. 17.

Lue. 7.
v. 48

L 3 Se-
cundus

Secundum agat testem Patriarcha Jacob ab ipso Angelo Cruciger creatus, quantum è Cruce tulerit honorem, quam tam affectus Cruciger expertus reverentiam & veneracionem indubie patefaciet. E Mesopotamia redux hic sanctus Patriarcha, dum Eum per desertum transire contingenteret, ab obscura nocte præventus in eodem loco defessi corporis vires nocturna quiete statuit restaurare, ideoq; tulit de lapidibus, & supponens capiti suo dormivit; post paucarum autem horarum quietem, suo se audiit nomine compellari: Heus Jacob, surge, ecce adsum tecum decertaturus Angelus, egredere in campum; Quid facies ô Patriarcha Sancte? tibi ne cordi est, ut tot viarum molestiis appetitus, lassus, atque exhaustus certamen præsens in eas cum Angelo? Ita sanè animo polleo; & viribus sufficientibus erectus in pedes singulari cum animositate exorsus est conflictum: Ecce vir luteabatur cum eo usq; manè. Quis autem rei successus? in media lucta impegit Angelus iustum adeò gravem adversarii lateri, ut miles hinc cœperit claudicare: Tenuit fémor Ejus, quod statim emarcuit: Ecce tibi ô Jacob, quod timebam tuæ præmium temeritatis; quid enim moliri poteras contra spiritum fortissimum? digna est tibi inficta pæna pedeque claudio, triumphum identidem divulgabis gloriâ victoris Angeli. Crediderim ego Jacob læsum & claudum vietas confestim Angelo daturum manus, ab eoq; bonâ veniâ discessurum; sed contrarium accidit, Angelus namq; potius licentiam petiit abeundi: dimitt me. Jacob magis ad pugnam concitatus, his competitorem aggreditur verbis: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Quidquid feceris, & quicunq; demum fueris, seu Angelus seu Deus, non te dimittam, neq; tu ex hoc loco ante recedes, quam tuâ me beaveris benedictione.

Jam dico, si nōsti, quam tanta cum instantia Jacob sollicitat benedictionem? forte ut incolmis patios repeatlares? non; plurimos fortassis petiit annos, & fortunam insenium? minus; numerosam forte posteritatem, & facultatum

Jacob Patriarcha ab Angelo in Crucigerum eligitur.

Gen. 23.
v. 12.

Gen. 32.
v. 24.

v. 25.

v. 26.

tatum copiam? fors incrementa bonorum, aut domus suæ honorem & magnificentiam? non, dicit Abulensis, nihil horum quærebat; quid igitur? rogabat, ut quemadmodum unius plagam lateris passus fuit, ita vulnus experiretur & alterius, quomodo dicebat ille: quid alteri lateri? Non dimittam te, nisi benedixeris mihi; sed qualiter fieri potuit, ut Jacob suum efflagitaret malum? quomodo non uno contentus iœtu, aut plagâ plures expetiit? malum forsitan expetiit Jacob? minimè; sed numquid latus suum vulnerari desideravit? ita; ast quid inde? Percussiones & plagas de cælo provenientes, quid esse arbitraris? si nescis, edicam, beneficia sunt, gratiæ & privilegia singularia, quibus consecratur, quisquis ea recipit, atq; ideo Jacob dictâ per Angelum percussus plagâ, nec gratias DEO obtulit, nec speciale sacrificium. Sed quid fecerit, audi: Tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in iutulum fundens oleum desuper. Quomodo tulit lapidem, quē supposuerat capiti suo? numquid, priusquam dormiret Jacob, astruit textus, quod Jacob tulit de lapidibus, & supponens capiti suo dormivit? Si plures erant lapides, quomodo dicitur tulit lapidem? Respondeat Tostatus, plures realiter fuisse lapides: at quia decabant invicem, quis ex omnibus caput Jacob attingeret, Deus ut ipsos componeret, atq; à controyersia eximeret, ex omnibus fecit unum.

Ast hinc nova assurgit difficultas, quam ob causam, lapides illi tanto cum zelo atq; æmulatione caput quærebant attingere Jacob? superius dixi, Jacob maximis suis subiectum tribulationibus, specialiter quando per Angelum claudus effectus, tunc per tribulationes consecratus erat, & quædam quasi sacra evaserat reliquia, ideoq; mutuo concertabant petræ, quæ ex omnibus sanctum & sacrum ejus corpus attingeret. An ignoras, quod ad impositam altari reliquiā omnes certatim confluant populi, ut contingant, venerentur, & exosculentur? imo, numquid vides Angelos ipsos erexit se

Crux & ad-
versitas Si-
gnum cæle-
stis gloriae.

Gen. 28.
v. 16.

Tostatus.

Gen. 28.
v. 12.

se scalam, per quam ascendebant & descendebant? Cur descendebant, nisi ut sanctam hanc venerarentur reliquiam Angelorum, & minimè contenti unico hujus reliquiae intuitu, ac osculo redierunt ad ejus spectaculum, ita ut ipse Deus summè sibi complaceret in hac Angelorum æmulatione scalæ vertici innitens: & Dominum in rixum scale. Ecce igitur tibrationem, cur Christus post Resurrectionem suam à Magdalena noluerit contingi? Passionis namq; virtus eum consecrarát, & veluti sacram effecerat reliquiam.

Res sacræ ut nosti à Sacerdotibus, & non à fæminis contingi solent, ô Magdalena, dicebat Christus: Noli me tangere. Recede, tu mulier es, sacratum tibi attingere non licet, tu autem Sacerdos ô Thoma, mitte manum tuam in latu meum, tibi me contingere licitum est. Transferat Dominicum Corpus per flagella, inquit Doctissimus quidam Pater, per Passionem & Crucem, & Passionis oleo fucrat Domino consecratum, & propterea non amplius tangitur à muliere, quod totum tangitur ab incredulo. Si tantas miseriæ Cruces, tribulationes important glorias, & tantam reverentiam, ut Crucigeros seu afflictos cunctos, qui forti ac generoso ferunt animo ærumnas, Angeli ceu reliquias venerentur, & exosculentur, cur tu ô Christiane in afflictionibus desperas? Cur non consideras tribulationibus te ad cælos sublevari? Salutem forte speras sine prævia hic passione? turpissimè erras, audi S. Augustinum: Qui hic consolantur, inquit, Domine JESU, indigni tua consolatione sunt; sed qui hic cruciantur a Te Domine, consolantur; nemo potest in utroq; seculo consolari, nemo potest hic & in futuro gaudere.

S. August.
c. 21. foliis.

CAPUT XVIII.

Motivum sextum.

Sustinendi Cruces, ærumnas, & adversa,

Via

Angeli ve-
nerantur
Crucigeros.

Via Crucigerorum seu afflictorum ad Cælum compendiosissima, & infallibilis ascensio gloriæ cælestis.

Recentissimum est, quod de Mediolanensi curiosa Anicula à fide dignissimo refertur: Concionatorem è familia Dominicana celeberrimum convenerat Mediolani jam septuagenaria, animi piam perplexitatem simulans re ipsâ, ut viri celeberrimi, nescio quo astro stimulante, laudem parte saltē aliquā detereret; & fecerat illa alloquio initium, quo præmissis magnis doctrinæ illius encomiis, ab eo uno sibi satisfactum iri simulabat; angi enim se mirum in modum, dum resciat, sit ne inter prædestinatas ad cælum animas, an secūs? persuasum habere se id sibi à viro tanto & tali, cui parem nullum crederet, posse declarari: O mea, inquit ille, rem à me petis uni DEO notam; nisi exinde respondum exoras, hærebis inter sacrum & saxum salutis incerta, dum eris viva. At illa urgere porro: diceret saltē, quī de illius salute aut perditione sentiret ipse? Hic vir utiq; facetus, ut joco in quæstione tam recondita se à fæmina expediret, os diducere jussit ocyis, diduxit, tum ille, Deo laus, bene habet res tua, salvaberis tu, nec damnaberis; cūq; dicti hujus causam totâ jam fronte lætior rogaret anicula, nec alia, inquit ille, quam producam, habeo, nisi quod edentulam te esse video. Ecur autem, ait illa, istud mihi salutis meæ & prædestinationis sit signū? quin edicis id ipsū continuo pluribus? habebis illico qui totos sibimet dentiū ordines haud inviti excutient; aut illos conquirent undiq; qui eximendorū dentium artem profitentur; sub horum forcipe quis pro cælo pro æterna salute dentes non quamprimum prodigat omnes ad unum? Quidquid id demum sit, inquit ille, non muto sententiam; salvaberis tu, non damnaberis: quia edentulam te video esse: etenim si damnationi & inferno destinasset te Deus, dentibus ille privari te haud fuisset permitturus; ibi enim

M

enim in inferno, nimis inter damnatos, juxta Divinam scripturam: *Erit fletus & stridor dentium.* Hic tu quid nisi risum expectes, & elatos imis faucibus cachinnos? At illa, ut praeter spem sic derisam se vidi, dente^s, ne dubita, in vi-
rūm illum strinxerit continuo pauculos, & totum, vetuli
quamvis & edentuli oris maledicentiā dilacerārit.

Plures nunc reperiuntur est quam hanc aniculam, qui in materia prædestinationis & salutis æternæ sunt solliciti. Si Crucigeros seu ærumnas & adversitates patienter sustinētes filios & cohæredes gloriæ æternæ dixero, non aberrabo, via enim ad cælum tutissima & infallibilis est per Cruces & ærumnas.

Nec desunt huic sententiæ firmandæ præsidia ac fundamen-
ta; & primo quidem ex ipsa scriptura, in qua Aposto-
lus dixisse legitur: *Quem diligit Dominus, castigat,* & Joannes in Apocalypsi DEI ore loquens ait: *Quos amo, arguo & castigo,*
nam Deus ad instar parentis erga nos se habet: Videmus
eos, quibus natura liberos dedit, consuetum non habere, ut
castigent illi liberos non suos, tametsi delinqui ab eis quid-
piam videant, atque ea ipsa prætermisso, aliis etiam adver-
tentibus signum esse solet luculentissimum, delinquentem
eiusmodi puerum non esse illius Parentis filium; esse autem
crederent continuo omnes, si castigari ab eo eundem vide-
rent: Filii ergo DEI sunt, quos Deus castigat, habeoq; hujus
rei testes Patres omnes, qui impunitatem ac prosperitatem
malorum signum damnationis vocant; eleganter Divus
Ambrosius: *Fortasse cum persecucionem non patimur, tanquam con-
demna i habemur, & morii temporaneæ & aeternæ proximi.* Idem sen-
tit Origenes. Chrysost. Hieronym. in caput 4. Osee. Au-
gustinus ser. 3. de verb. Dom. Gregorius lib. 6. moral. c. 14.
locis verò sacerd^t scripturæ inhærens circa præsens punctum
Paulum rursum audio dicentem: *Per multas tribulationes ope-
ret nos intrare in regnum DEI,* quasi qui à via Crucis deflectunt,
eo ipso ad interitum eant; & eundem audio in hæc verba
alio

Matth. 8.
v. 12.

Cruces &
adversa via
ad Cælum.

Ad Hebr. 12.
v. 6.
Apoc. 3. v. 19.
Flagellum
signum amo-
rit.

S. Ambro-
s. ser. 12. ih
Psal. 118.

Autor. 14.
v. 21.
Ad Hebr. 12.
v. 6.

alio in loco: *Flagellat Dominus omnem filium, quem recipit,* in quæ
locum aptè D. Augustinus: *Si Deus, inquit, flagellat omnem filium,*
quem recipit, sine dubio, quem non flagellat, non recipit.

Quem ipsum sensum clarè expressit Tertullianus: *Noa
potest, qui pati timet, eus esse, qui passus, est.* Hinc Blosius com-
pendiosissimum atq; tutissimum ad cælum iter ait esse affli-
ctionem & ærumnas; & in Margarita spirituali, ait: *Nihil u-
tilius homini accidere potest, quam Crux aut afflictio, sive sit externa sive
interna, & nullum citius signum Divina electionis habetur, quam si quis
Crucem, afflictionem, ærumnas humiliiter patienter, propter amorem
Dei sustineat.* Ubi rursus de Consolat[;] pusillan; introducit Sal-
yatorem ita loquentem: *Pati adversa regia via est, qua hominem
ad regnum Cælorum perducit: ambula igitur in eâ gaudens, mibiq; gra-
tias age, quod te tanto digner honore, ut ibi aliquid, quod pati debeas,
offeram & donem.* Hinc est, quod è Patribus nonnulli, cæli
clavem non aliam esse persuasum habent, quam ærumnas
nostras, adversa quæ patimur, & Crucem quæ nos premit: *Crux clavis paradysi exclamat D Chrysostomus & Tertul-
lianus: Crux aperit paradysum.*

Hanc ipsam clavem arripuit latro, cum audivisset hanc
Christi vocem: *Hodie mecum esto in paradyso.* Quo ani-
mo ac sensu ea verba accepit latro, D. Chrysostomus inquit,
Christum humiliter interrogasse, quâ ratione ad paradysum
perventurus esset, cum illic reperturus sit: *Cherubim &
flammeum gladium atq; versatilem ad custodiendam viam
ligni vitæ, ut nemo intrare queat, nisi vigilantissimum illum
spiritum, quod fieri non potest, fallat?* Ad hoc Christus ex
piâ S. Chrysostomi commentatione sic respondet: *Si te in-
gressu igneus gladius prohibuerit, regium illi signum o-
stende, tibiq; portas aperiet.* Si vis ô homo, quisquis es, ad
beatam vitam ingredi, Crucigerorum advola vexillo, Cru-
cem videlicet tolle, & patere, hâc Cruce ceu Clavi cælum
referabis.

M. 2

Com-

S. August.
ser. 105. de
tempore.

Tertullian.

Blos. de pu-
sil. cons.

c. 14.

Et in Marg.
spirit. c. 19.

f. 19.

Crux Clavis
ad Cælum.

S. Chrysost.
hom. de di-
vite.

Tertullian.

Luc. 23.

v. 43.

Gen 3 v. 24.

D. Chrysost.
hom. de JE.

SV ad Infer.

desc. tom. 6.

Compendiosissimam ad cælum viam per æruinas & Cruces è multis Doctoribus animadverto, nam ii interpretes sacræ Scripturæ, qui de salute Regis Aſa dubitant, illud pro æterna ejus salute argumentum tenent, quod peccata ejus Dominus in hac vita, & quidem non leviter videatur castigasse: nam fiducia ejus in Rege Syriæ, jaſturæ theſaurorum ſuorum, & amissione victoriæ, quam alioqui obtinuifet, punita eſt; carcerem Prophetæ, & mortem ſubditorum, morbo gravissimo luit. Volunt igitur interpretes ſacri, bene ſperandum eſſe de illorum ſalute, qui ex hac vita egregie afflicti diſcedunt; hinc D. Ambroſius ait: *Inde incipit beatitudiſ judicio Divino, ubi erumna eſtimatur judicio humano.* Augent etiam Crucigeris ſeu afflicti & ærumnōſis iſtud ſolatii genus, & quod mo vere eos po teſt ad toleranda adverſa, ſcriptores ali qui non infimæ notæ, qui exiſtimant per afflictiones in hac vita patienter toleratas, recta omnino, ac fine po thumo, ut ſic dicam, ſupplicio perveniri ad cælum po ſſe. *Modica paucorum dierum tribulaſio*, ait Doctiſſimus Lessius, patienter tolerata, ſafe eſt tanti apud Deum, quanti perpeſſo ignis purgatorii multorum ei iam annorum.

Ehardus vir doctrinā & ſanctitate ſpectabilis, po ſt mor tem ſuam B. Henrico Sufoni Discipulo ſuo apparens, roga tuſ fuerat, quæ eſſet breviſima ad Cælum via? Respondit, hanc eſſe, ſi multa ſe Deo reſignatione ſubjiceret, tranquilloq; ſit in tolerandis adverſis animo, nec non benevolentiſſime eos complectatur, qui ei eſſent moleſti quam maxime: hinc Thomas à JESU, quam bonum ſit adverſa tolerare, ait: In tribulationibus, pereſecutionibus, ærumnis, Crucibus, desolationibus, qui tacet, ſuſtinet, perfeverat cum amore, hic eſt (Christum Crucifixum alloquitur) tibi dilectus, hic gratus, hic ſanctior, pluris apud te pretii, plus fruſtificat in domo tua, quam omnes alii, qui alia bona pro te vorant. Hinc P. Balthazar Alvarez, Soc. JESU, adverſitates, veredarios, aut dispo-

S. Ambroſ.
lib. 1. de off.

Lefs. lib. 4.
de ſum, bono
c. 7.

Thom à JESU
in exerc. ad
Christ. cap.
Cruc. n. 6.
Quam grati
Crucifixio
Crucigeri.

dispoſitos ad curſum equos appella re erat ſolitus, quibus expeditius in cælum subvehamur.

Neq; alius de afflictionibus ſenſus fuit Sanctæ Matris Thereſiæ, hæc po ſt obitum cuipiam magnâ illuſtris gloriæ apparens teſtata eſt, nullâ re magis quam afflictionibus, ærumnis, aliisq; quibusvis pereſecutionibus ſibi eam, quam jam frueretur gloriam partam eſſe, & ſi liceret ad mortales redire, nihil potius habituram, quam graviflma quæq; pati po ſſe. S. Polieūero adhuc gentili, etiſi ex voto jam & moribus Christiano appaueerat Christus, & veſte, quam tegebatur, detritâ ac lacerâ exutum, alia admodum pretioſa viſus eſt induere, atq; in alatum equum, quem offerebat, ut ascenderet jubere; quid hoc oſtentο aliud Christus, quam ut bonum illum virum doceret, baptiſmi eum gratia ſanctificante tanquam pretioſiſſimâ veſte exornandum, ac deinde per paſſiones, & adverſa velut equum alatum quam citiſſime ad cælum de terra evolaturum.

Verū ne cogita Crucigeris cunctis, qui afflictiones tol erant, per easdem patere hanc ad Cælum viam, ſunt enim earum permulta, quas fruſtra, nulloq; emolumento noſtro patimur, juxta illud Apoſtoli: *Tam multa paſi eſtis fruſtra*, de hoc genere Crucigerorum ſeu afflictorum, ii eſſe cendendi ſunt, qui inter afflictiones, ærumnas, dolores, & adverſos caſus graviter excandescunt, iras vomunt, ultionem ſpirant: o quam hodie multos reperias, quibus idcirco etiam po ſt graviflmos morbos, & ingentes ærumnas veriſiſime dicere queo: *Tam multa paſi eſtis fruſtra!* erit, erit aliquando, cum hoc iſum reſponſum referant à Supremo ſuo Magiſtro Chriſto, a Deo inquam Juſice, Crucigeri ii, quos angariare oportuit, ut Crucem po rta re po ſt Magiſtrum JESU M. veſſe, nec dignabantur tamen, quin omnibus viribus reneſerentur, iſum etiam in optimum ac miſiſimum ſuum Magiſtrum Deum inquam, ſa penumero ſub Cruce blaſphemari extiterunt; diſplicuit ho ſe genus Crucigerorum S. Cypriano, iſ enim

Riber. lib. 5.
vit. c. 4.

Surius in
eius vita.

ad Gal. c. 3.

S. Cyprian.

enim suum de paciente Christo sermonem inter alia conclusit his verbis: Tu O Christe consummatis omnibus vade ad Patrem, & trahe nos post te, da nobis in vita præsentia ut simus sine angaria bajuli Crucis tuæ, seu Crucigeri, nam ii, qui cum angaria Crucem bajulant, ii inquam, ubi Crucem suam, morbos, dolores, & omnis generis ærumnas Magistro, Deo inquam Judici, exhibere voluerint, ab eodem audiunt non aliud puto quam: tam multa passi estis frustra. Ne & tu audias, quam Crucem geris à Magistro Christo impositam, porta sine angaria, id est in patientia, si ea tibi gravis videtur: Cogita illud: Crux nunc, & postea paradyssus. Crux enim clavis paradyssi est, hoc consilium è Crucigerorum numero insignis dat tibi Paulus: Momentaneum hoc leve tribulationis nostra, aeternum gloria pondus operatur in nobis. Et Richardus à S. Victore ita Crucigeros alloquitur: Cogitate aeternum, & leviter fereis momentaneum, cogitate pondus, magnitudinem gloria, & levis fit tribulatio, quam comitatur talis remuneratio, dum patimini, coronam intuemini.

Richardus
à S. Victore.

CAPUT XIX.

An de adversitatibus, aut afflictionibus expediatur apud alios conqueri, & si expediatur, apud quales conquerendum.

Sentent. I.

Aversitates & ærumnas nostras, quas patimur, sive ipsæ ex ægritudine, sive ex injuria nobis illatae, aut a missione opum, honoris officii proveniant, ut eas intra nosmetipso soli concoquamus, expediatur ne, an vero de illis apud alios conquerendum, diversorum diversæ sunt opiniones. Duplicem hic subnecto, nempe silentio esse sibi piendas, & licere de iis queri: quæ magis afflito placebit, imitanda. Inveniuntur omnino nonnulli, qui ærumnas omnes undecunque ipsæ homini obveniunt, velut defossum

alte

altè sepulchrū commonstrant, dum illas silentio tumulandas suadent: innuit hoc D. Augustinus, dum ait: Audisti ab irato verbum, à succensie, moriatur in te. Quare preditur? non enim, si in te fuerit, disrumpet te. Exemplis hortantur ad silentium: Et Jobi quidem comprimis de seipso inter adversa ita differentis: Confabulabor in amaritudine anima mea: & paulopost eodem loco: Consolabitur me lectulus meus, & revelabor loquens mecum in strato meo.

Ad Jobum accedit S. David, is in fugam actus, vel à Sale vel ab Absolone creditur fecisse psalmum illum: Quemadmodum desiderat cervus &c. ita desiderat anima mea ad te Deus: in hoc psalmo inter alia acerbissimum sibi ait fuisse, quod audire identidem opprobrium illud cogeretur in sua miseria die ac nocte: ubi est Deus iuus? In hoc rerum suarum non optatissimo statu quid agit David? subjungit ipse: Hac recordatus sum, & effudi in me animam meam; audis? inquit quidam, in suam, non in alterius ullius animam, sinum aut pectus, suos questus & miserias effudit David Sanctus. Cur tu igitur perinde tuas quoque solus tecum non decoquas? Cur non unius duntaxat animam, sinum ac pectus, sed plurimi s̄epenumero conqueriris, in quæ tua exoneris! ista ne quis temere nec incitatè dixisse Davidem existimet, addit mox eodem psalmo hæc verba: Ad meipsum anima mea conturbata est, nec ad alium quempiam. Cur tu jam h̄ic, jam istic inter adversa non ad te ipsum, sed ad alios s̄apè obvios quosq; recurris? Præclarum dogma magni R. P. Vincentii Carafæ è Soc. JESU est, rectè agere omnino eos, qui dolores corporis aut animi sui alios celant, neq; passim conqueruntur; quemadmodum inquietabat ille, qui divitem auri venam, aut magnam aureorum, duplonum hispanicorum copiam humo infossam deprehendit, rem omnino ab aliis occultat, ut solus iis potiatur: ita qui insueto Christi favore, atq; judicio thesaurum invenit, sanctæ illius Crucis ac dolorum (quales sunt præsentes, quos pateris, adversitates,) oculi

S. Augusti
ser. 337. de
temp.

Job c. 7.
v. 11. & 13.

Psal. 418

Vinc. Carafa
è Soc. JESU.

Crux the-
saurus.

occultare debet; & rationem occultationis subnecit: ne si quis inventum resciat, bona illius pars tibi tanquam possessor adimatur, sive remediorum ac lenimentorum aggestu, sive plenâ charitatis commiseratione. Hucusq; magni Vincentii Carafæ verba, ex quibus animadvertere licet, bonum esse adversitates nostras intra nosmetipos in scrinio cordis nostri occultare.

Unde non defuerunt homines sanctitate celebres, qui inter dolores & ærumnas suas sibi non solum querelis, verum etiam lachrymis interdixere. De Nonna matre sua scribit S. Gregorius Nazianzenus, ipsam alienis calamitatibus valde inflehti solitam, nullâ tamen calamitate propriâ ita fuisse motam, ut vel lugubrem vocem aut lachrymas ex palpebris exprimeret.

De Maria quoq; refert R. P. Vincentius Carafa, pientissima femina & Andreæ Ducis uxore, quod quamquam à marito alienis amoribus implicato crudelissime velut bestia tractaretur, nulli tamen suos dolores sit questa & adversitates, omnes ipsa secum concoxit, & tam Viro, quam pellici, quæ illius amorem ad se converterat, benignum ac hilarem vultum, quoties obviam habuit, præbuit, & huic quidem quam cæteris benigniorem. Novi & ego Viros profecto Religiosos, qui tametsi adversissima patarentur, nunquam de adversis questi, sed cuncta intra semetipos decoquebant. Si igitur his te adjungere velis, quisquis es, qui pateris, & intra temetipsum adversitates decoquere absq; omni exteriū querela, si libet, licet.

Reperiuntur tamen & nonnulli, qui suadent, afflictiones nostras omnino aliis revelari posse, ac de iis nos interdum queri. Unde afflictionem afflito ii addere videntur, atq; in humanitatis leges peccare, qui ærumnosis, afflictis, libertatem querendi tollunt, cum & ipse Salvator de sua apud Discipulos suos tristitia questus sit, uti habetur apud Evangelistam: *Tristis est anima mea usq; ad mortem. Cujus exemplo*

S. Greg. Naz,
orat. 19, de
laud. patris
n. 9.
Historia.

Historia,

Secunda
Sentent.

Christ. affl.
conqueritur,
Marc. 4.

plo discimus, bonum esse interdum apud domesticos, aut alios, qui possunt infirmitatibus nostris condolere, queri. Suffragantur sententiæ huic è Scriptoribus quidam tam sacris, quam profanis: Gentilis Poëtæ olim hæc vox fuit: *Ille dolet verè, qui sinè teste dolet. Quasi diceret: Bis dolere eum, qui neminem sui consciū doloris habet, is enim doloris amaritudinem exhaustus solus, dum neminem uspiam videt condolentem.*

Adumbrati tales videntur in homine illo, qui penes probaticam piscinam erat, triginta & octo annos habens in infirmitate sua; hic cùm à Christo Servatore nostro rogaretur, num sanus fieri vellet? quid dederat responsi? unum illud: *Domine, hominem non habeo, ut cùm fuerit turbata aqua, mittat me in piscinam, dum venio enim ego, alius ante me descendit: eadem omnino sors eorum est, qui dolent, & sinè teste dolent! o quam creber ærumnosos inter ac afflictos greges hic gemitus nunc auditur? Hominem non habeo, qui me juvet, hominem non habeo, quem tuto consulam: hominem non habeo, qui condoleat dolenti, ut adeò repetitionem illud Poëtæ haud injuriæ mereatur: Ille dolet, qui sinè teste dolet.*

Profanis Scriptoribus subscribunt Sancti. D. Ambrosii in Valentini Cæsarini Junioris funere vox legitur fuisse: *Doluisse plerumq; solarium est dolentis: simili ferè brevitate dixerat olim D. Gregorius: Tristitia ulcus silentium; ulcus quid pariat, nemo est qui nesciat?* Saniem videlicet pædorem & fætorem, ita afflictio, quam solus concoquere vult, novas ac novas lachrymas ac morsus afflito causat; pulchre Nicephorus: *ut oleum, cera, & id genus a'ia flammam alunt, ita silentium dolorem auget*, experto crede: S. David de Sebei hostis sui maledicentia nonnisi secum loquens quid intus fenserit? profecto novum dolorem, *Cum consideret (inquit ille) peccator adversum me obmutui, & humiliatus sum, & filii à bonis; & dolor meus renovatus est, concaluit cor intrà me: Quid generosum peccatum David, quid, inquam, ô sanctissima anima egisti, cùm consistet*

Martiat.

Joan. 5. v. 5.

D. Ambrosi,
in fun. Va-
lent. Imper.

D. Gregor.

Nicephorus.

Psalm. 38. v. 20.

3. 4.

N

ret

ret peccator adversum te, cùm vilissimum mancipium atrocibus calumniis Regiam contaminare majestatem non erubesceret? *Obmutui*, inquit, & *filui*; at numquid dum ad atrocites maledicentis voces obmutesceres, & fileres, num, inquā, silentio penitus sopiaisti dolorem, quem à caluminatore persensisti? minimè, inquit David: *Cum filui & obmutui, tunc dolor meus renovatus est, concaluit cor mira me*, ecce ex silentio, dum intrà semetipsum concoquere David dolorem desiderat, novum experitur. O quot dum silent, & ærumnas suas coquunt, soli seipso decoquunt, si cor hominis doloris vi constrictum libera non effundit suspiria, nec exæstuat, merorem exhalat, angustiis obruitur, ac tandem suffocatur. Exemplo igitur Christi Domini de mœstitia apud Discipulos questi, & consilio quorundam de ærumnis suis & afflictionibus conqueri licet, præsertim si (uti D. Basilius hom. de invidia) impedian fructum spiritualem, nempe lectionem, devotionem, concionem, & aliorum operum bonorum, tunc omnino licere afflictionem suam aliis expectorare, ac consilium in iis expetere.

Quales autem esse debeant ii, quos in ærumnis nostris & adversis nobis obvenientibus consulamus, diligenter adverte, expertus dico, sunt aliqui, quibus, dum ærumnis nostris querimur, & secretâ fide uni alteri nostra confidimus, illico in plures divulgant, à quibus nonnisi risum referimus, saepe numero etiam aggratulationem cùm audiunt, tibi tuisq; rebus esse male, unde Ecclesiasticus iis secreta cordis nostri pandere vetat dicens: *Cum fatuis, id est derisibus, consilium non habeas*, non enim poterunt te diligere, aut solari; hinc proverbium Arabicum censetur. i n. 6. *Ne aperi secretum tuum simius*, derisores simias vocat, sicut enim simiæ actiones, gestusq; hominum, quos vident, imitantur: sic derisores eorū, quos derident, dicta, factaq; repræsentant; nec existimes ad consolandi officium omnes promiscue esse idoneos, sunt enim

Vertunt, in-
crudit, irri-
tatus est, ex-
agitatus est,
exulceratus
est.

Qualibus
querelæ no-
stræ dicen-
dæ.

Ecclesiast.
eo. 8. v. 20.

nim aliqui Jobo teste: *Consolatores onerosi*, hinc & D. Cyprianus, *ad foventa vulnera, non admittantur vulnerati*.

Job. 16. v. 2.
S. Cyprian.

Tobie 4.

I. Reg. 19.

Thom. à Je-
su lib. de æ-
rum. Christo
ærurna 14.

Alphons.
Salmeron
tom. 10. tr.
10.

Quocirca tales sint, quales eligere suadet Tobias filio suo: *Consilium semper à sapiente conquire*: Menander ait: *à viro prudente accipe consilium prudens, prudentium est enim consilium*: Davidem etiam imitare in consilio aut depositione querelarū, is, quoties in angustiis constitutum se viderat, mox in viam ad ejus generis viros se dare erat solitus, quos cum Deo familiarius agere compererat; nam ubi ex circumfessa domo sua dextre admittente Michol uxore sua effugerat, viam haud a liam iniit quam ad Samuelem (tibi Samuel sit, quem adeas & consulas, Confessarius) & rursus cùm ad sagittæ jactum à Jonatha esset admonitus, eum periclitari de vita, fugit ad summum Sacerdotem Achimelech, ut is Dominum sui causâ consuleret: hoc consilium dat piissimus in JESUM Thomas à JESU, de ærumnis JESU, (cujus lectionem afflictis omnibus commendo) ejus sunt hæc verba: *Quos consulimus & taciturni sint oportet, & qui possint suadere meliora*: nec indignum quid facies, si prudentes & viros optimos consulas, coram illis tua conquerendo; nam Alphonsus Salmeron exemplum Christi Domini adducit, explicans textum illum: *Egressus est JESUS cum Discipulis suis trans torrentem Cedron*: *egressus est*, inquit Salmeron, *cum Discipulis suis*, non solum ut testes haberet certissimos & oculatissimos, quod voluntarius iret ad mortem, sed ut etiam exemplo doceret, piorum hominum consolationes contemendas non esse, dum affligitamur, & cum in Cruce sumus, ad leniendum dolorem.

C A P U T X X .
Qui adversitates & ærumnas suas soli DEO
queritur, ille optimè facit.

C Hristus vitæ nostræ Idæa & exemplum, noluit ubivis sectari summa, illud est, quod de sua apud Discipulos suos tristitia querulus extiterit, neq; quod eam animi

N 2

sui

sui molestiam habuerit occultam; nè nos videlicet extra virtutis vias eos semper ire judicaremus, qui etiam suas ærumnas aliis percensere confueverunt. Quamvis ista verissima sint, idem Christus Servator noster hunc querularum usum nihilominus frequentioribus exemplis videtur abrogasse; quippe qui ad plerasq; ærumnas suas filens obmutuit; & tristitiam quoq; suam, quamvis animo hærentem diutiùs, narrando nec semel detexit, docens eo pacto, sanctius omnino esse, atq; ad meriti accumulationem salubrius, nostra, quibus conflictamur, mala DEO conqueri uni ac soli.

S. August.
ser. 17. de
verb. Dom.
e. 2.

Lut. 10.
v. 40.

Orig. lib. t.
in Regum.

Joan. Taul.
instit. c. 31.
Historia.

Præleganter id ipsum docet D. Augustinus tractans illam Marthæ querelam, contrà Mariam sororem suam: *Dominus non est ubi cura, quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi, ut me adjuvet;* nil aliud ad querulum hoc murmur tulit responsi nisi illud: *Martha, Martha sollicita es, & turbaris erat plurima, porro unum est necessarium, Maria optimam partem elegit:* (Non te malam, sed illa meliorem: quia tu circa multa illa circa unum. Præponitur unum multis: non enim à multis unum, sed multa ab uno: multa sunt, quæ tacta sunt, unum est qui fecit) quasi diceret: O Martha, audivi querelam tuam, & eandem unâ mecum audivit quoq; Maria, soror tua, tacuit hæc in me uno præsidium quærens; atq; hinc tibi dico: Maria optimam partem elegit, nec querelam querelæ opposuit. De Jobo Origenes: *sedebat super accervum stercorem extra civitatem; me solum, inquiens, circumdant mala, mihi soli (observa Lector) molestia sunt ultera mea.*

De Christina quadam Virgine sanctitate illustri, narrat Joannes Taulerus, cùm ea moriens rogaretur, ecquomodo ad tantam sanctitatem pervenisset? Tria brevissimè respondit, ac primo quidem: corde semper fui liberalissima, & si quando opere benè facere non poteram, animo saltè benefaciebam. Deinde iis, à quibus læsa fui, beneficium singulare rependi, quod non fecissem, nisi ab eis læsa fuisset: Deum afflictiones meas nulli nisi soli Deo questa sum, & sta-

tim

tim aut consolabar, aut confortabar à Domino. Ex his ad Sanctitatem gradibus, postremus maximè hujus loci est, quo commonemur omnes etiam silentio nos redi Sanctos, quò non solum religiosæ vitæ homines, sed etiam sacerdotalis ejus adminiculo sancti effici possint, si injurias, ærumnas, ac quidquid adversi premit silentio involverint, uno contenti Deo, cui nota ac perspicua sunt universa.

Non diffiteor sudanti ac æstuanti à Sole, nihil esse pronius quam alicubi frigidiusculam captare auram, proflare ab ore æstum, & sudantem desiccare æstum; nemo certè est, qui hisce contra æstum adminiculis sibi vellet interdici: non secus se res habet, ubi animus adversis inflammatur casibus, exæstuat ille continuò & ignem proflat, captatque aures, in quas se exoneret; vedit hoc, at non probavit D. Augustinus explicans illud psalmographi: *Cooperiar in tegmine altarum tuarum: in eum locum sic ille commentatur: Æstus est sculis, sed magna umbra est sub aliis DEI.* Perspicuè his verbis monens ac docens, nuspian alibi tutiùs ac rectius querelas nostras deponi, quam in auribus Dei benignissimis, hic unus ac solus tibi etiam ærumnofissimo, afflictissimo ut sufficiat, velim te allaborare.

S. Aug. in
psal. 61.

Lib. 2. vita
c. 9.

Allaboravit sanè magnæ virtutis vir R. P. Vincentius Carafa, is enim amorem erga Deum in omnibus optabat esse ejusmodi, quasi præter Deum nihil omnino existeret, quæ admodum ante Orbem conditum, cuius felicitatis sibi cùm conscientius esset vir maximè pius, subinde incredibili gaudio delibutus hoc succinebat: *Deus & ego, ego & Deus:* quasi diceret: cum hoc uno ac solo pectoris nostri arcana communicanda esse; tunc verò multò maximè, cùm quis de suis, quibus premitur, ærumnis narrationem apud alios parat, memoriter velim tunc brevissimi illius pii acroamatis: *Deus & ego, ego & Deus.* Id ipsum docuit Frater Agidius S. Francisci Discipulus, quandam religiosum quærentem ex se, quid sibi faciendum esset, ut Deo gratior efficeretur? cui Agidius

Franc. Sales.
de amore
Dei lib. 5 c. 7.

cantando dixit: *unā ad unum, unā ad unum*, scilicet anima ad Deum, quibus verbis hanc postea explicationem subjunxit: Da semper totam animam tuam, quae una est, DEO soli, qui & ipse unus est. Ita dicere voluit, gratissimum fore DEO, si ei soli ac uni sua queratur ac consecret. Hoc uno solidissimo nitamus in ærumnis & adversitatibus nostris velut baculo velim, cuius mentionem facit D. Bernardus in vita Malachiæ dicens: suo ævo in hominum memoria fuisse quendam baculum, qui dictus est: *Baculus JESU*, eo quod ipse Dominus (ut fert opinio, ait D. Bernardus,) eum suis manibus formaverit. Et sanè huic baculo in spiritu, innexus videtur fuisse. Inter adversa & ærumnas David, cum dixit: *virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt*. Deus unus ac solus baculus videlicet JESU nobis esse debet, quoties adversis commovemur; ac infortunatis casibus, baculo hoc uno, nempe JESU, qui recte utitur ad nitendum, is speret se à lapsu & labendi periculo stare immunem. Hic sensus fuit ac mens R. P. Vincentii Carafæ: is cum ad varios casus imperturbatus existeret, rogatus tantæ tranquillitatis causam, digito in cælum intento respondit: *Qui niuitur immobili, cum non moveri*, nitamus omnes in adversis nostris baculo JESU tanquam immobili, ni cadere inter adversos casus animis velimus.

Psal. 22. v. 4.

R. P. Vinc.
Caraf. lib. 5.
c. 3.Evagr. lib. 4.
c. 33.

Memorat Evagrius, olim cum terræ quassatio illa, quæ Phænicem maritimam concussit, etiam Edeßæ urbi vicina fieret, fuisse in ea urbe incolam Simonem Salum, qui flagello, quod in manu habebat sublatu, plures ex columnis in foro percusserit, vociferans ac dicens: *State, saltandum vobis est*; quoniam vero vir iste nil faciebat otiosè, illi, qui aderant istaque, observabant, unam & illud quoque videbant, non omnes ab eo urbis columnas vapulasse, & quas sine inficto flagelli verbere præterierat, paulopost terræ motu jacuisse prostratas omnes, stantibus è contrario iis, quibus flagellum incusserat, ut adeò beneficium fuerit tunc flagellari. Audiant hæc quosquos inter homines in aulis, in curiis melior fortuna bacu-

baculos aut columnas facit, sunt sua plebeio gregi sa- pius flagella, sunt & sublimibus columnis sua; hæc dum persentisctis supernè vociferantem quempiam audire, vos credite, & obaudite: state, saltandum vobis est; en baculum, columnam, aut si lubet, arborem integrum, quæ præsidium omnibus etiam altissimis columnis præstet: arbor decora & fulgida, ornata Regis purpurâ, canit de sacratissima Cruce Christi pendens S. Mater Ecclesia. Hic, hic ô magni & purpurati omnes, quos Deus suo quemlibet orbi baculos, columnas, fulcra dedit, hic, inquam, baculus videlicet JESU fulcri loco vobis sit, quoties flagellat vos, qui virgam directio- nis virgam Regni tenet, & suâ verberat manu: State, saltandum vobis est, persæpè à gente in gentem, ex officiis ad dedecus, è divitiis, honoribus, ad summam paupertatem, & contemptum; sunt omnino saltus isti, & magni & graves, ac terræ motus perquam violenti & creperi; standum tamen hos inter motus & saltus vobis est, o magni, nec quisquam vestrum inflictis sibi flagellis utetur rectius, quam qui ea pro vinculis habebit, quibus semet Christo DEO summo Cæli terræq; colosso ad columnam flagellato contra damno- si lapsus aut ruinæ pericula alliget, reddatq; universæ fortu- næ flatibus immotum: Si enim de Sanctorum precibus recte Ruffinus dixit: quis dubitet stare mundum Sanctorum pre- cibus. Et de Simone Oniae filio sacerdote Magno Siracides, quod in vita sua suffulsi dimum, & in diebus suis corroboravit templū. Quid de immortali DEO sentiet orbis universus? hoc, hoc, quisquis innexus fuerit, nullo movebitur casu.

Huc, huc igitur & magni & parvi, quotquot inter flagel- la vestra casum metuistis: adversitates intelligo vestras) mentes, manusq; convertite, unicus vobis, quem tutissime apprehendatis, baculus JESU sit columna ejus, columnam si non vides Crucem ejus vides, quæ columnæ vicem subit, quoties dejectos, mœstos in spem erigit, & Crucifixi exem- plu etiam ad patientiam doloris adversitatis corroborat. DEO

Ruffin. præ-
fat. in vit.
patr.
Siracides.

DEO igitur Optimo Maximo tanquam mundi totius columnam, quæ super omnes colosso & columnas (Principes intelligo) quibus nititur homo, nitatur universi, quoties à flagellante illius manu ictibus mulctamur, & multis & malis; nec nitatur solummodo baculo ipsius, sed eundem quoque stringentibus arctè brachiis amplectamur: quisquis enim verberantem se sic stringit, ligat quoq; eundem, nè flagellare stringere possit & ferire, & amat sane sic stringi: *Nam quomodo Pater miseretur filiorum, sic misericordia est Dominus (jam saepius) iumentibus eum*, adde & sic stringentibus, amantibus eum; etenim bonus Dominus sperantibus in se, animæ quærenti se, quid ergo invenient? ut argumentatur D. Bernardus, quid totis viribus amplexanti se?

Ps. 102. v. 13.
Ps. 104. v. 4.

S. Bernard.
ser. 80. in
Cantic.

CAPUT XXI.

Quid faciendum, ut Deus in afflictionibus nostris & ærumnis succursum præbeat, & levamen.

Matth. 26. 39.
Marc. 14. 35.
36.
Luc. 22. 41.

Thom. à Jesu
de ærumn. e.
jusd. ærumn.

26. n. 2.

B. Laur. Iust.
de triumph.
Christ. agn.
c. 6. & 3.

Servator noster tristitiam, pavorem, tedium, & agoniam persentiscens, quid has inter ærumnas & dolores egerit, consentiens est omnium trium narratio Evangelistarum: Matthæus in primis ait: *Procidit in faciem orans*. Marcus: *Procidit super terram, & orabat*. Lucas deniq;: *Positus genibus orabat*. Thomas à Jesu ait, *afflictus & mastus Salvator ad orationem se contulit, tanquam ad fortissimum & evidenter iratum mæroris levamen*; Cùm igitur omnis actio Christi sit instructio nostra, suggestit nobis exemplo suo gravissimas inter ærumnas ac dolores animi præsidium captans, tametsi fundendis ipse non indigeret precibus, utpote sanctissima anima Divinitati unita; at imminentे suā Passione in Getsemanni horto fese prosternit, *suo exemplo nos erudire volens* (ait B. Laurentius Justinianus) *ut in arduis, periculis, ærumnis, amaritudine positis omnis inopinato*

inopinato eventu, tanquam ad singulare præsidium invitaret: quotquot ad hoc tanquam certissimum in adversis præsidium (ad orationem videlicet) coram Divina Majestate procumbentes confugere, abundantissimam ab ipsa tulerunt opem;

Prosternit se Christus Deus, & orat Patrem cælestem, illico: *apparuit illi angelus de celo confortans eum; non quod (ait de votissimus in Crucifixum JESUM Thomas) de f. i. ipsi virtus ad corroborandam suam naturam, sed ut omnes in afflictione positi dissererent sui memoriam esse in celo, neq; defūtūrum sibi robur, si ad ipsum confugiant;* non deerit ulli profecto robur ac subsidium confugienti ad hoc præsidium orationis, cùm gemitus & suspiria afflicti animi sint potentissima. Gersonem super hac re audiamus, qui in quorundam Theologorum colloquio unum introducit ita loquentem: *Quod si anima Christi, & omnes sancti paradi si simul orarent pro persona aliqua, non acquirerent ei tantum utilitas & meriti, sicut ipsa sibi acquireret per unicum in adversitate patientiam.* Pulchre & ad rem Blosius: *Ipsa ante Dei oculos adversitas devotissime interpellat, ipsaq; Passionis amaritudo in oculis illius resplendens citius eum ipsi, quam alia exercitia inclinat, & velocius adesse compellit.* Quotquot ad Divinam Majestatem afflerti sic evolarunt in ærumnis, profecto ad succurrendum sibi eam inclinarunt. Rebellis & recalcitrans populus Israëliticus Supremo Numinis, humiliatus postea rediit ad Deum factorem suum, jugo legum Divinarum se subjiciens idq; merito orationū quas tempore tribulationis Divinæ porrexerat Majestati: humiliatum est in laboribus cor eorum, infirmati sunt, nec fuit, qui adjuvaret: & clamaverunt ad Dominum, cùm tribularentur. Nec inanis eorum clamor: nam de tribulationibus eorum liberavit eos; tam efficax oratio in adversitate, ut immemor omnium irritationum eis succurrat.

Psal. 106.
Jonas, cùm DEI mandato rebellis fugeret à facie Domini, navigaturus in Tharsis, in pœnam suæ inobedientiæ tanta in mari excitata fuit tempestas, ut sedari non potuerit; donec rebellis Propheta navi exturbatus, & à ceto absorptus esset,

O

In

Luc. 22.
Thom. à Jesu
l. c.

Gerson.
Quam grata
sit Oratio
Crucigero-
rum seu af-
flictorum.
Gerson. tom.

4.
Patientia
utilitas.
Blosius de
Consol. pu-
fillan. c. 20.
§. 1.

Deut. 32.

In

In hujus immanis bestiæ ventre constitutus, quid mœstisimus egit Jonas? Spiritu repletus Prophetico, novit quantum robur habeat oratio afflicti animi, igitur: *Oravit Jonas ad Dominum Deum suum*, & D. Hieronymus: *ex eo tempore quo præcipitatus in mare vidit celum, & tantam corporis molem, & immanes rictus aperto se ore sorbere, Domini recordatus fuit*; tametsi Divinam Majestatem ad vehementem concitâisset iram, exaudita ejus oratio fuit; nam scripturâ teste: *Dixit Dominus pisci, & evomuit Jonam in aridam*. dicere tunc temporis potuit: *Ad Dominum, cum tribularer, clamavi & exaudiuit me*.

Sara Tobiæ junioris sponsa supra modum infelix erat, seu ut vulgo fertur: infausto sydere nata, septem namque sponsos unum post alterum dæmon astmodæus ei surripuerat, & internectioni dederat. Quantâ ipsa tota totaq; ipsius domus & familia obruta fuerit mœstitiâ ob funestos & insolitos casus, facile quilibet sibi imaginari potest. In tot tantisq; constituta afflictionibus, viduata & intacta virgo bono indigebat solatio: at solatii loco afflictionem addebat afflictæ temeraria & insolens domûs ancilla, quæ innocentî puellæ improperabat, imputabatq; homicidia omnium septem viorum, insuper & sterilitatis maledictionem imprecabatur:

Amplius ex te non videamus filium, aut filiam imperfectrix viorum tuorum

Quomodo magnanima hæc Sara maledicta, & angustias devicit?

Propheta Regius magnam ab inimicis suis persecutionem patiebatur, quam tandem faciat resolutionem, obserua:

Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi, ego autem orabam,

in contumeliis, in maledictis, angustiis & ærumnis suis e-

undem arripit generosa Virgo clypeum: ad hanc vocem

perrexit (cum patientia) in superius cubiculum domûs suæ,

& in oratione persistens cum lachrymis deprecabatur Do-

minum. Qualis subsecutus fuerit orationis effectus, histo-

riæ hujus ulterior tibi demonstrabit lectio, illud sufficiat,

Job. 3. v. 24 quod facer textus dixit: Exaudita sunt preces amborum, Saræ vi-

deli-

*jonæ 2.
S. Hieronymi
in Jon.*

Tob. 5.

Sal. 108. v. 4.

Job. 3. v. 24

delicet & Tobiæ, quorum uno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ in propriis afflictionibus.

Cum igitur efficacissima sit in ærumnis positi ad Divinam Majestatem oratio, ad hoc præsidium quisquis adversis, ærumnis, egestate, persecutione, ægritudine, mœstitiâ opprimeris confugias velim, ad hoc quoties mœstus Cruciger confugi, solatum omnino indignissimus licet expertus, experti mecum, quotquot ad hoc confugere præsidium. Afflictissimis & ærumnosissimis id suaeram, quibus dicebam Deum certissimum esse (si ad ipsum gemitibus recurratur, si soli ærumnæ commedentur) adjutorem in tribulatione, & non defuit Dominus.

Verum dum hoc velut evidentissimum ærumnarum & afflictionum antidotum, afflictis præscribo, audire mihi videor, dicere quosdam, se repetitis atq; indefessis precibus in ærumnis suis Deum efflagitare, neq; ullum è cælo levamen in adversitate persentiscere, ita ut dicant, quod quondam *Jeremias: Non addit Dominus misereri, sed oblivione obliuiscitur nostri*, *Thren. 3. v. 4.* *charissimi, si I Joan. 3. v. 21. cor nostrum non reprehenderit, nos fiduciam habeamus ad Deum*, sensus est: ut oratio in adversitate efficax sit, necesse est ut anima ab omni labore peccati mortalis sit pura & libera. Vindendum itaq; si sincera erga fratres charitas sit, si dum petimus dimitti nobis debita nostra, nos dimittamus debitoribus nostris, si non stimulabit nos animus noster falso appositæ conditionis, habemus liberum ad Deum aditum, liberam agendi & loquendi cum ipso facultatem; diffidit accipere se posse, quod appetit, ait D. Gregorius, qui profectò reminiscitur, nolle se facere, quod divinitus audivit; id ipsum clare Spiritus S. qui declinat aures suas, nè audiat legem, oratio ejus execrabilis erit. Ut igitur levamen afflictionis experjaris, ut Divinam Majestatem in

O 2

æru-

*S. Gregor.
lib. 10. mor.
c. 11. relat.*

17.

*Proverb. 28.
v. 9.*

Pt. 148. v. 6. ærumnis tuis adjutricem habens, necesse est præceptis ejus parere: *tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis,* dicebat David: confirmat id ipsum D. Joannes: *Quidquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata ejus custodimus, & ea quae sunt placita coram eo facimus:* magna fiducia, magna promissio, sed magna conditio, nam ut breviter D. Gregorius: *manus fit oratio, ubi prava est actio.*

D. Greg. lib.
epist. 9. in to.

Annals Sard.
ad An. 1609.

Pt. 36. v. 3.

Tob. 3. v. 21.

Habac. 2. v. 3.

4. Reg. 7.

Quidquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata ejus custodimus, & ea quae sunt placita coram eo facimus: magna fiducia, magna promissio, sed magna conditio, nam ut breviter D. Gregorius: *manus fit oratio, ubi prava est actio.*

Annales Sardin. referunt: Fæmina nostro erat ævo studio precandi, ut solent multæ, in speciem pia, hæc domo egressa rosarium B. Virginis è clavo pendulum reliquerat, paulopost reversa domum, reperit dissolutum, sphærulæsque precursorias humi passim dissipatas, id fortuito accidisse arbitrata collectos globulos in funiculum denuò innectit, locoq; priori restituit; Compellitur iterum domo exire, quâ repetitâ offendit eodem modo ruptum funem, globulosque disjectos, quod cum & tertio contigisset, portendere sibi a liquid res ista visa est, seq; admoneri patrati sceleris cuiuspiam, & reperit sane sui memor, se fœdè alicubi prolapsam fuisse; ad Deiparæ igitur orationem se convertit, atq; per eam apud Deum veniam poscit: nempe inanis est, ut D. Gregorius, oratio, ubi prava est actio, & cum oratione ejusmodi spes quoq; omnis ac fiducia irrita cadit; si igitur solamen à Deo poscis, & auxiliatricē in ærumnis tuis manū Dei, rimare, an mandatis cunctis ejus obtemperes? Si ita, tunc spera in Domino faciens bonitatem, quia pasceris cælesti consolacione, quin imo dabis petitiones cordis tui: Et hoc pro certo habet omnis qui colit te, quia vita ejus, si in probatione fuerit, coronabitur.

Quod si non statim in adversis & ærumnis tuis auxilium & succursum Divina Bonitas præstet, ne ab oratione velim desistas & auxiliī imploratione: *si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet & non tardabit.* Sacræ literæ memorant, di. uturnam & incredibilem per multos annos Samariæ famem; patienti tandem Dominus succurrat, tantam omnis generis alimentorum abundantiam tribuens, ut farinæ modius vi-

lis.

lissimo venderetur pretio, potuisset tunc quispiam ita alioqui Deum: Domine, si animo tibi erat liberatio oppressæ Samariæ, tantamq; toleranti famem liberaliter aliquando succurrere, quid moratus es, cur tanto afflixisti tempore, ut asini caput octuaginta aureis nummis venderetur? nondum tempus remedii erat & liberalissimam manum extendendi: matres filios sedandæ famis causâ absumebant, Regis & Optimatum ejus epulum speciale caput asini multo pretio & labore comparatum; videt hæc è cælo Divina Majestas, nec movetur, cur? quia necedum tempus remedii erat. Quando igitur hora erit? ipse scit, qui manu tenens horologium horas numerat tribulationum: Videt & ipse ærumnas tuas, egastatem, ægritudinem, contemptum, audit clamorem tuum, nec succurrit, cur? nondum tempus remedii est, expecta eum, quia veniens veniet, & auxiliatricem porriget dexterā. Ne sis similis pardo, qui si prædam primo & secundo saltu non assequatur, illico desistit; non sic tibi in afflictione faciendum, dum gemitibus tuis auxilium è cælo postulas, sed sicut dum vis de silice ignem educere, quamvis primo vel secundo iœtu tactus non scintillet, saepe pulsando tandem ignem eruis: sic tametsi Deus tanquam silex induruisse videatur, percutere igniario orationis ne desistas, elicies ignem charitatis misericordiæ, quâ tuæ afflictioni medebitur.

Tanti enim Deus æstimat perseverantium, ut frequenter etiam, si aliæ causæ desint, hæc unicâ moveatur ad succendum: Abiā instanter postulante à Principe Antigono quandam pecuniæ summam, dixit ærarii Præfecto: Dabis Abiæ eti per vim nummos aureos sexcentos: tanta in peragen- dis negotiis perseverantiae virtus est & efficacitas. Scie- dum tam esse benignum DEI pectus, tam immensam ejus benignitatem, & liberalitatem, ut sollicitudo & importuni- tas, quæ omnibus solet esse molesta, Deo gratissima sit.

Exemplum accipe in præclara perseverantia Chananææ mulieris, saepe hæc in afflictione sua repulsam passa, at insi-

O 3

stens

Matth. 18.
Cur Deus
non semper
in tribulatio-
ne exaudiat.

Matth. 20.

Job. 30.

2. ad Cor. 2. qmulo carnis vexatus supplicat sibi auferri : Ter Dominum ro-

stens & sancte perseverans à Christo consolata : mirabile admodum est, quod Redemptore non semel ab ea averso, & petitioni ejus non favente, imò se arcte & austere increpante, à Christo tamen non recesit, in imploratione, obmutesciente Christo, perseverans. Discipulis usq; est intercessoribus & Patronis, qui dicerent: Domine, saltem nè clamoribus nos obiundas, illam exaudi, quibus Christus respondit: Non sum missus nisi ad oves, quæ perierunt, domus Irael.

At nec illam retardauit hujus responsi acerbitas, sed potius inde vires sumpxit, & novam induit animi alacritatem inquiens: Domine adjuva me : cui Christus: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus : Canem me vocasti, Domine inquit illa, accepto, utor concessio, unde sic argumentata est: etiam Domine, nam & catelli edunt de misis, que cadant de mensa Domini sui : Cadat igitur unum saltēm verbum ab ore tuo Divino, & miserere mei. Motus hác perseverantia Christus, molestam & afflictam solatus : O mulier magna est fides tua! Cur obsecro Deus tam diu protraxit ejus expeditionem? Cur molestæ non immediate auxiliatur: Ego puto, quod Dei bonitas frequenter differat solatia, & aliquamdiu nos affligi sinit, quia gaudet animam nostram ab ipso solo pendere, ut ad ejus opem confugere, & ostium Divinæ Clementiæ pulsare, totamq; spem nostram in sola ejus providentia & benignitate positam habere compellamus.

Quod si delitescens annis multis in egestate, morbo aut alia adversitate non liberaris, quamvis assiduo Divinum implores auxilium, nè cogites, dum exitū non vides, Deum tui esse immorem, sed cogita, cùm non obtineas, quod petis, tibi non convenire, possetq; Deus flagitanti ita responderere, quod olim Discipulis suis: Nescitis, quid petatis. Desiderabat Moyses, ut permitteret Deus in terram promissionis ingressum, & non obtainuit: Clamat Job, & queritur non exaudiiri: Clamo, & non exaudis: Apostolus Gentium Paulus sti-

gavi, ut discederet à me, quod tamen Dominus non indulxit. Super quem locum S. Hieronymus scribens ait, per utrumque fuisse ab Apostolo, ut sibi auferretur capitis dolor acerbissimus, quo vehementer infestabatur, quod tamen non adeptus est, sed inaudiu: Paule, sufficit tibi gratia mea : Ita & tibi sufficiat gratia DEI, quia si stimulum præsentis adversitatis amitteres, ex morbo, egestate, & ex illo, quo premeris, evolares, gratiam, quam præsenti afflictione adeptus es, amitteres, forsan & æternum eā amissā perires, in priora scelera relabendo.

CAPUT XXII.

Oratio Crucigerorum in afflictionibus

sit humilis.

O Ratio quam profunda comitatur humilitas, felicissimum exitum ei semper tribuit, efficitq; ut infalibiter exaudiatur. Humilitas enim, cujuscunq; virtutis ac boni operis lapis fundamentalis est. De ventre inferni, ait Jonas, clamavi, & exaudiisti vocem meam: Quid significat illud, de ventre inferi clamavi. Accipe pulcherrimam expositionem S. Gregorii declarantis verba illa: De profundis clamavi ad te Domine. Bonam orationem perficere cupis? desideras te certò exaudiendum? Dicas, an unquam peccatum aliquod mortale perpetrasti? Sis probus quantumcunq; velis, certo negative respondere non vales, non enim certus es, an illo instanti quo liberi arbitrii usum adeptus es, ad Deum, prout tenebaris, te converteris. Unico mortali peccato commisso reus constitueris, rebellis, fugitivus à D E O, unicum lethale peccatum te à D E O separat, & in misericordiarum centrum deturbat: Hanc profunditatem considerare te oportet, ex hac abyssō misericordiam implorare debes. Non nè audis Jonā preces fundentem, & clamores suos ad Deum transmittentem. Sed unde? de ventre Ceti ex profundo

S. Gregor.
in 6. pfal.
pænitent,

gavi

maris, ex profundo inobedientiae. Hac ratione pervenerunt ad Deum ipsius preces. Quid produxerunt, stupenda. Audit & exaudivit eum Deus, fluctibus eripuit, & à culpa absolvit. Intelligis, qualiter & tu orare debeas? Exclames ô fugitive, exclames, qui mille tempestatibus conflictaris? tu quem Cetus infernalis, malignus hostis deglutivit. Tu, qui involutus & sepultus es in procellosis hujus infelicis saeculi fluctibus, agnoscas te in profundo esse, in profundo inquam miseriarum & culparum. Consideres te non in sublimi, non in virtutum & meritorum Cælo collocatum, & quando de hoc profundo clamaveris, perveniet Oratio tua ad summum Deum, qui te ineffabili benignitate est exauditurus.

Stultus & sceleratus fuit Pelagius, qui preces effusurus hoc modo uti noluit. Refert S. Hieronymus, petiisse Principem quandam fæminam ab hoc impio heresiarcha, ut orandi modum doceret, libentissime respondit ille: Ante Deum te constituas, eiq; tua exhibebis merita, dicens: Tu nosti Domina, quam sanctæ, quam innocentes, quam puræ sint ab omni fraude & rapina, & injuria, quas ad te extendo manus, quam justa, quam immaculata labia & ab omni mendacio libera, quibus tibi, ut mihi miserearis preces fundo: O perfide exclamat S. Hieronymus. O stulte vinculis constringende, Christiani est hæc, an Pharisæi superbientis oratio? Nonne tales preces fudit idem Pharisæus in Evangelio condemnatus? An unquam simile quid in sacris paginis legisti? imò nonnè frequentius totum contrarium observasti? nonnè legisti humilem exaltandum, superbos autem & arrogantes, ut tu es, humiliandos? Nonne Daniel oratione suam sic incepit: Peccavimus, iniquitatem fecimus, impie egimus! An regulam Divini Spiritus ignoras, dicentis: Justus prior est accusator sui! Quam probabilitatem, quæ merita, quam sanctitatem adducis? an hæc DEO in oratione sunt reprobata? Nonnè hic verus modus est, ut abhorreatur, aut series suppliciis animadvertisatur oratio? Docuit Sanctissimus Re-

Dan. 9.

Proverb. 13.
v. 17.

Redemptor Apostolos suos: Discipuli mei dilectissimi, nolos stolidos & ineptos: sed sagaces & astutos, volo ut prudentiam & sagacitatem serpentum imitemini: Estote prudentes sicut serpentes. Explicat hoc D. Thomas, ubi pulcherrimo discursu probat humilitatem esse sagacissimam. Humilitas est astutissima, atq; voluisse Christum Dominum mirabilem modum ac stupendam formam cum DEO agendi nobis oraturis subministrare: Cui exiguae vires sunt eum, qui majoribus pollet, neq; vincere, nisi prudentiam & artem adhibeat: DEum vincere cogitas? & ab ipso, quæ desideras, extorquere cupis? ne configas meritorum viribus nixus, nihil enim efficies: præstabis tamen aliquid, ubi serpentis instar astutia pugnaveris. Serpens astutissimus est, ut se in altum erigat & prosiliat, qui brachiis, pedibus & alis caret, quid agit? pectori utitur, hoc fortiter in terram premit, & ita serpens se erigit. Hoc & tibi præstandum est. Vis ut Oratio tua vires obtineat, quibus se in altum ferat? ita ut etiam Cæli sublimiora penetret? In terram, in terram te abjicias; immegas te cognitioni miseriarum tuarum, & in profundum nihileitatis tuæ descendas, fatearis debilitatem tuam, protestis te præter malum nihil esse. dicas te vermem esse Cælo indignum, ac lutum. Certus sis, quò profundiùs te humiliaveris, eo majores orationem tuam vires obtenturam: His vestigiis inhæsit Abrahamus dicens: Loquar ad Dominum meum cum sim pulvis & cinis. Sic omnes prudentes agunt, &, quidquid volunt, impetrant. Hinc est, quod exclamavit S.P. Ambrosius: o fides Christiana, quæ in humilitate totum impetrare conuiciisti. Si astutiam & stratagemata humilitatis adhibuerimus, nihil tam difficile erit, quod obtenturi non simus.

Voluit DEus populum ad Idolatriam conversum pletere, opponit se Moyses, & ipsum cohibet: DEus ut sic dicā, quasi rogarat, ne impediretur, & se eripere conabatur: Dimittite me, ut irascatur furor meus contra eos, & delcam eos. Moyses fortius stringit, & deniq; adigit, ut dicat: Dimisi secundū verbum tuū.

P

Lu-

Gen. 18 v. 22.

S. Ambros.

Exod. 32:

v. 10.

Luctatur etiam Jacob cum DEO, & tantas vires tantumq; animum ostendit, ut audierit: *Praclarus vir es, O Jacob, insuperabilis est fortitudo tua. Si contra D'Eum fortis fuisti, quanto magis contra homines prevalebis, Si Omnipotentem viciisti, quid de impotenteribus & debilitibus ages, queritur Rupertus Abbas, quasi forititudine luctabantur iste vir: R: profecto humilitate. Erat oratio eorum humilis, hinc tantis pollebat viribus, ut invincibilem vicerit.* De Jacob ait Oseas: *In foritudo sua directus est cum Angelo, & invaluit ad Angelum, & confortatus est. Quā ratione, quibus armis, quibus viribus Angelum superavit, qui D'Eum repræsentaverat. Flevit, & rogavit eum humilibus scilicet precibus, quas lachrymæ comitabantur.*

His artibus victrix extitit Chananæa Mulierum omnium, quæ unquam visæ sunt, astutissima & sagacissima, rogar **CHRISTUM** Dominum, ut filiam à dæmone crudeliter vexatam liberet, ipse nihil respondet, afflcta Mater non tamen animum abjicit, sequitur ipsum, altius vocem effert, ita quidem ut Apostoli tantis clamoribus defatigati Magistro dixerint. Fæminæ petitis, *O Domine facias satis, eamq; dimittas, nimium enim importuna est, ac nimiis stridoribus caput nostrum frangit. Non est bonum, respondet Salvator, sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Tunc Chananæa, Et cur non? imò etiam Domine, nam & catelli edunt de mīcis, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum. Hebræi filii sunt, genfiles sunt, Canes, & ego præsertim misera canicula sum, cur ergo licet minimè merear, non particeps siam etiam minimæ portionis ex ingenti illa massa, quæ ipsis datur: Cum hæc proferri à muliere Christus audit, pedem figit, oculos in eam convertit, exclamat: *O mulier artificioſa astutia magna est, O mulier magna est fides tua, vicisti, fiat tibi sicut vis. Vide nunc, quantum quis extollatur, qui se in terram abjicit: Vide, quomodo humiles preces invincibilem vincant.* Vide tunc Orationem, se erigere altius, quando profundius orans descendit: *Merito, inquit S. Petrus Chrysologus, quæ se cœcum confessa*

Gen. 30. v. 28.

Rupert. Ab.
lib. 6. in
Cant.

Ofei: 12 v. 3.

est, in hominem commutatur, merito adaptatur in filiam, levatur, honoratur ad mensam, quæ se sub mensa laudabili & prouida humilitate abjecte, justè nunc 200 epulatur mīcas ex pane, que suis meritis se intellexit, & confessa est mīcas vix mereri. *O immensam Orationis potentiam, quam humilitas comitatatur.*

Sancta hæc historia Mulieris Chananæa aliam mihi in mentem reducit demonstrationem, quantum possit humilitas, tam in conspectu DEI, quam hominum. Scribit Baptista Egnatius, Clementem V.S. Pont. maximam contra Venetos concepisse indignationem, eò quod Ferrariensem Urbem Ecclesiæ subjectam occuparint, illos proinde omnibus quibuscunq; poterat modis, persequebatur, tum spiritualibus, cum etiam temporalibus armis animadvertisendo: Venetorum quam plurimi perempti sunt, facultates eorum fisco addicebantur, palatia ac prædia eorum evertebantur, & ubiq; gravissima damna experiri cogebantur. Omissis industria, omnis labor impendebatur, quo tanta mala removerentur, & succensus animus Pontificis aliquantulum mitior redderetur: Inter cæteros Legatos, qui ad eum placandum missi erant, etiam accessit Franciscus Dandalus, summæ prudentiæ Vir & amoris erga patriam ardentissimi, hic cum varia tentasset & à Clemente acerbas invectivas semper retulisset, factum aggressus est antehac auditum nunquam. Cœnam sumente Pontifice quadrupedis instar se in terram abjecit, gravi ferrea catena collo alligata, quo corporis habitu videbatur tacite dicere: Christus misericordiam Chananæa impendit, quæ se ut Canem sub mensa exhibuerit; Ecce & Ego velut Canis sub tua mensa jaceo, ô Christi Vicarie, illum imiteris, cuius locum tenes, & precibus meis annuas. quid obtinuit Dandalus? Hæc res Pontificis animum sui novitate sic perculit, ut cum projectum illum tam deformi habitu prospexisset, non potuerit non illum, abjecta prius catenâ, stantem ad se revocare, Venetoq; omni nomini veniam tribuere: Ex hoc Dandalus Canis fortitus est cognomen, quo

Franciscus
Dandalus se
humiliando
Pontificem
placat.

continuò nuncupabatur, etiam dum Venetorum Dux existebat. Nobile stratagema animi ingeniosi, & nobilis. Sagax inventum prudentis Oratoris ut impetrat gratias, quæ alias negantur. Tantum potest, tantum placet, tantum persuadet supplicantum Crucigerorum, seu afflictorum humilitas.

C A P U T X X I I .

Supplex Crucigerorum quò humilior, eo efficacior.

Alexand. M.
humilitate
placatur.

B. de 35
v. 21. 22
Oratio humili-
lis nullibi re-
pulsam pati-
tur.

Refert Plutarchus Alexandrum Magnum iratum Macedonibus suis, eos à corporis sui custodia removisse, illamq; concredidisse Peris. Macedones cum hoc vidissent, abjectis armis, & humilibus induiti vestibus ad Principis sui tentorium properarunt, altum ingemiscentes, ejulantibus, & gratiam commissi erroris enixe perentes: Ipse quantumvis placatior præsentiaæ suæ copiam eis minimè tecit. Non tamen ab hoc recessere Macedones, sed per duos dies, totidemq; noctes ad Papilionis ostium constitere lugentes, & omni possibili humilitate gratiam Domini sui & pietatem implorantes: Egressus est tertio die Alexander, & cum sic afflictos atq; humiles vidisset, in lachrymas longo spatio est effusus, inde appellavit humaniter, & dimisit, ubi eos magnifice donavit. Quid efficiat, quid possit humiliis Crucigerorum Oratio, & perseverans apud Cælorum Regem & ipsius Sanctos Ipse Divinus Spiritus dicat: *Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet, non consolabitur, & non discedet, donec Altissimus aspiciat, & DOMINUS non elongabit se, sed iudicabit justos.* Mos obtinet in Principum Aulis, quod Cubicularii in cubiculis, & portarii in portis ingressum custodiant, & importunas negotiantium sollicitantiumq; turbas repellant. Longâ morâ opus est, antequam ad Principem accessus admittatur; Aulicorum nonnulli

Aulicorum
consuetudo.

nulli, qui sagaciores & astutiores sunt, ut querelas expectantium divertant, eos dulcibus verbis alloquuntur, huic & illi blandiuntur, vento & vanâ spe implent, sic eos solantur, & interim suspendunt, né tam prolixa expectatio nimium molestâ videatur. Oratio humiliantis se non sic nudis verbis pascitur, sed ut ita dicam, ab una persona ad aliam gliscit, interiora cælestis Principis cubicula penetrat. Superatis omnibus obstaculis progreditur, non sistit, usq; dum divino se conspectui exhibeat, nullum admittit solarium, usq; dum proprius ad DEum accesserit. Terreni Principes indignantur illis, qui nimium præsumunt, & proprius eorum lateribus se fistunt & jungunt, iratiq; turbido vultu & tremenda vocem nimium audaces repellunt: Non sic Cæli Rex agit cum oratione humiliter precantis Crucigeri seu afflitti, licet importuna sit, tamen benignè aspicit, clementer suscipit, amplectitur & exaudit. Quis eam sic effert? Quis ei tantum vigorē tribuit? Quis efficit, quod repulsam non patiatur? humilitas, inquit S. Joannes Chrysostomus scribens: *Orationis vehiculum est humilitas, Oratio humiliantis se nubes penetrabit, illa est quæ omnia impetrat.*

Laërtius scribit, Aristippum Philosophum valde gravem pro amico quodam suo apud Dionysium intercessisse, nullis tamen precibus flecti potuisse Tyrannum, quid egit Philosophus, ipse in terram se abjecit, Dionysii pedes amplexus est, & hac ratione obtinuit desiderata. Fuit nonnemo, qui hoc factum reprehendit, utpote vile nimis, & quod tam prudentem Virum non decebat, respondit Aristippus: Non ego sum in culpa; sed Dionysius, qui aures in pedibus habet. Hoc ipsum dicere possumus absq; tamen nota cuiusdam defectus de Domino DEO nostro, quod scilicet aures in pedibus habeat, & ibi exaudiat; qui ergo ab ipso aliiquid obtinere cupit, necesse est, ut ad pedes ipsius se abjiciat: Cur? fortasse quia nimis tenax est & in donando difficilis? minimè; promptissimus enim est, & ad largiendum facilior, quam nos ad

S. Chrysost.
in Pf. 9.v.13.

recipiendum; sed quia summoperē lētatur, quando humiles sumus, detestatur enim superbos. Vult Magdalena, ut contriti sui cordis gemitus & clamores audiantur; cupit ipsa criminum suorū gratiam consequi, quo se collocat? Ad Christi pedes, stans retro secus pedes ejus lachrymis caput rigare pedes ejus, devotæ humilitatis plena non audet à fronte comparere, sed à tergo accedit, & se ad pedes prosternit, prudenter, inquit S. Petrus Chrysologus, nam ad pedes tendit semper, citam veniam qui requirit. Utebatur hac regula D. Hieronymus angustiis involutus, ut ipse testatur: Omni auxilio deflatus ad JESU incedebam pedes & lachrymis rigabam, quid sequebatur? misericordiarum juvamen, dulcissima solatia animæ meæ afflictæ, & amarè cruciatae. Et ut ipse testis est Dominus, post multas lachrymas nonnunquam videbar mihi interesse agminibus Angelorum.

Difficilis propositio eripit se ex ore Prophetæ Regis, quæ hæc est, quod videlicet ex tot, qui preces fundunt, soli exaudiantur pauperes: Ipse pauper clamavit, & Dominus exaudiuit eum, & de omnibus tribulationibus salvavit eum. O miseri! O infeliciissimi divites! ergo omnia mala nuntia ipsos manent? Omnes terribiliores minæ in eorum torquentur vertices! Sed nonnè opulentí fuerunt etiam Abraham, Isaac & Jacob, imò & ipse David, aliiq; innumeri. Et hoc tamen non obstante, nonnè legimus exauditas fuisse eorum preces? Quid ergo innuit coronatus Propheta, quod pauper ille sit qui exauditur, & salvatur dum orat? Observa, inquit S. Augustinus: Prophetam in spiritu loqui. Non excluduntur, sed etiam exauduntur, qui temporalibus divitiis & facultatibus præstan: Quid ergo ait Regius Psalmes: Docet te, quomodo exaudiris, quia dives es. id est, quia divitis instoras. Ut ergo & tu exaudiaris, pauperis instar exclama, & gratias obtinebis. Quaris, & quomodo clamabo inops? Ea ratione, ut si habes aliiquid, non inde præsumas de viribus tuis, ut intelligas te esse indigentem peccatorem, ut intelligas te tamdiu esse pauperem, quādiu non habes illum, qui fecit te divitem, & tam spiritualibus, quām temporalibus bonis conspicuum. Quod si te opulentum, quod si virtutibus plenum, ac meritis

Luc. 7. 38.

S. Pet. Chrys.
ser. 93.S. Hieron.
in afflictione
ad pedes
Crucis, de-
cumbit.Psal. 33. v. 7.
Qui se p̄a
humilitate
pauperem
estimat, ex-
auditur.S. Aug. in
Comm.

præ-

præstantem existimaveris, actum de te est. S. P. Bernardus eadem vestigia premit: Expendistinè pauperum articia, quando stipem manibus nostris extorquere volunt: quod si aurum possideant, aut argentum, aut gemmas, vel vestes pretiosas, hæc minimè ostentant, crederetur enim mente captos, qui in tali statu constitutis aliquid largiretur. Sed quid agunt? nuditatem ostentant, vulnera, famem, necessitatem, & extremam bonorum omnium penuriam, sic enim movent homines ad tantorum malorum commiserationem, & ad erogandam miseriam invitant. Sic & nos agere oportet, inquit S. Pater, audi melliflua verba: uile est nobis, Chariſimi, abscondere magis, quām ostendere, si quid habemus boni, sicut & mendici, cūm elemosynam petunt, non pretiosas vestes ostendunt, sed seminuda membra, & ulcera, si habuerint, ut ciuius ad misericordiam videntis animus inclinetur. Oratur ergo DEum ostendat peccata sua, ostendat exiguae vires ad præstandum bonum, ostendat ignorantiam, infirmitatem, imprudentiam, instabilitatem, malas ac pravas inclinationes, ostendat se totum vanitati deditum, & utinam non iniquitati, ostendat se ad nihil nisi ad malum perpetrandum esse aptum, absq; virtute, absq; spiritu, ostendat quod si nonnunquam bona ac sana proposita efformet, statim tamen sententiam iterum mutet, fateatur nullo se DEI amore teneri, fateatur se divinorum beneficiorum esse immemore, dicat se bestiale vitam agere, dicat se totum terrenis affixum, proprio amore plenum, dicat se utilitatem propriam venatum esse, dicat se omnibus bonis exutum, omnibus verè refertum malis. Ecce miserabilem, atq; extream mendicitatem: hanc ostendere oportet, & ex pectoris intimo exclamare debemus, atq; petere, ut misericordia & pietas nobis impendatur.

S. Philippus Neri, ut in ipsius vita legimus, optimum remedium propinabat omnibus Crucigeris seu afflictis, eos sibi debere imaginari se Mendicorum instar esse coram DEO ejusq; Sanctis, & ut tales modo hunc, modo istum accedere

San-

S. Bern. ser.
4. de Advent.

(120.)

Sanctum debere, & ab ipsis spiritualem eleemosynam petere, tali quidem affectu & veritate, sicut pro ea rogare solent Mendici. Et hoc facere hortabatur etiam quandoq; corporaliter, modò hujus, modò istius Sancti templum visitando, & hanc stipem poscendo, noluit hanc observare regulam, inquit S. Bernardus l. c. Superbus ille Phariseus, qui omnes & justitiae, & continentiae, & jejuniorum, & decimarum, & Religionis suæ ostentabat divitias; Sed optimè ea uti novit Publicanus conscientiae suæ vulnera & peccata, injusticias & miserias suas exhibendo: Quis fuit utriusque eventus? Phariseus omnino nihil impetravit. Publicanus vero obtinuit Justificationem.

Luc. 7.

Cajetanus.

+ ad dolo

Luc. 82.

Centurio servi sui Paralytici sanitatem à Christo Domino petiturus: misit ad eum Seniores Judæorum. Et cur Seniores Judæorum mittit? nonne decentius fuisset, si ipse Christum Dominum accessisset: Respondet Cajetanus hic, quod se Judæis longe inferiorem reputârit, meritis ac virtutibus destitutum, atq; indignum, qui coram Domino compareret: Centurio gentilis recognoscens seipsum inferiorem Judæis, ad cultum unius DEI, arbitratus est se non esse dignum ad hoc, ut accederet ad JESUM, & propterea misit ad eum Seniores Judæorum, tanquam personas idoneas: Dixisse videtur, Ego paganus sum miserabilis, atq; peccatorum infelissimus, & ut talis minimè dignus sum, qui tanti Domini conspectui me sistam: O beatos vos, quos Deus ad sui elegit cultum, ite vos ô homines, virtute & Sanctitate præstantissimi, ite, misericordiam impendite, & pro ægroto servo meo orate, hic profecto, hic cæteris est sanctior, exclaims Redemptor Dominus, tantam fidem ac probitatem in Israhel non reperi, hic qui se Mendicum reputat, & divinis indignum beneficiis, dignus est, qui gratias obtineat, fiat proinde ipsi, ut petit.

Pendet in Cruce bonus latro, Domino se commendat, rogetq; ut memor sui esse velit, cum ad Regnum Dominus

per-

(121.)

pervenerit: Domine memento mei, cum veneris in Regnum tuum. Sed dicas, ô Latronum felicissime, cur ab hoc Rege non petis, ut dimissis tuis sceleribus ad cælestem Patriam te secum evehat, ah indignus ego sum, respondet ipse, mihi Cælum? mihi Regnum? mille supplicia, mille infernos promereor, ingens erit Misericordia tua, O Domine, si etiam minimam mei habueris reminisciam, nè secundum mea peream demerita. Non peto statim in Cælum evolare, placeat immensa tua bonitati, ut post multos purgantium flammarum cruciatus, & post longi temporis cursum, tandem aliquando in tuum Regnum deducar: hoc unicum interim rogo supplex, ut mei in tuo Regno recorderis: O humiliæ Oratio, quid non impetas? Non post multos annos, sed hodie volo, ut mecum sis in paradyso, respondet Dominus, Amen amen, dico tibi, hodie mecum eris in paradyso. Qui se indignum arbitratur, omnibus cælestibus dignus est beneficiis & favoribus, & quo humilior quis fuerit, maiores adipiscetur gratias, altiusq; evehetur, videbantur inter se deceriare miseria latronis, & Misericordia Redemptoris, inquit S. Augustinus: Quod distulit miseria, obtulit misericordia, hoc est, latro miseriam suam, & indignitatem suam considerans, distulit gloriam postulare, sed misericordia Salvatoris humilitatem petentis attendens, obtulit statim, quod post multa tempora accipere, multum erat illi. Tantum potest humiliæ Oratio, tam efficax est ad impetrandum.

CAPUT XXIV.

Quid sentiendum de Amicis, Patronis,
ad quos in ærumnis nostris & adversi-
tatibus recursus fiunt.

S. Augustinus tractans historiam de Joseph Ägyptio ait:
Cum (dicente scripturâ) Dominus esset cum eo, & gratiam ei
apud Dominum suum & apud Principem carceris dedit, præven-

S. August.
ser. 82. de
temp.
Gen. 4.

ius tunc est, ut ab homine auxilium postulare, dicens Magistro Pincernarum: Memento mei, cum bene ibi fuerit, ut sugeras Pharaoni, ut me educat de isto carcere; Egressus è carcere Princeps Pincernarum, & suo pristino restitutus officio, & gratia apud Pharaonem, an forte amicum, & Patronum Josephi agit, innocentiam ejus Regi demonstrando? ita quidem sperabat Joseph, intercessorem & fidelem reperisse amicum. At scripturam, quid factum sit, consulamus: *Succedentibus prosperis Prepositus Pincernarum non recordatus est Joseph; sed oblitus est interpretis sui.*

In Crueibus
recursus ad
Amicos &
Patronos.
quam fallax
sit.

S. Ambros.
lib. 3. de
offic.

dis. vob. 31
d. innot.

Amici veri
conditio.

Cum Josepho passim nunc mortales in ærumnis suis, adversitatibus, si quos sinistra depauperavit fortuna, si ex alta honoris, dignitatis, officii invidia deturbavit sede, amicos, Patronos, qui opem iis præstent, venantur; at quemadmodum Josephus auxilium captando humanum illusus fuit, ita nunc quotquot in ærumnis suis ad hominem, amicos, Patronos recurrunt, falluntur. Pulchre S. Ambrosius: *Solarium hujus vita est, ut habeas, cui pectus tuum aperias, ut colloces virum fidem, cui arcana pectoris committere possis, qui & in prosperis congaudeat, & in adversis condoleat, in tribulationibus exhortetur, & in infortiis consoletur, facilis vox & communis, tuus sum tuus, sed paucorum est effectus, pauci enim sunt, qui id præsent, pauci, inquam, qui in ærumnis & adversis, quamvis verbis pollicentur, re ipsa auxilium ferant.*

Arbores quædam reperiuntur, tæste Alfragano, quæ habent humorem tenacem, & omni tempore virent, in æstate, videntur ridere, in hyeme autem, propter exterius frigus, quod ad interiora arboris calorem repercutit, videntur pallere: Similes amici, imo Christiani omnes arboribus hisce esse deberent, eorum humor, id est affectio tenax esse debet, & continuo virens; folia eorum exteriora, id est consolatoria adjumenta debent in iis permanere, & tam in æstate prosperitatis, quam in hyeme adversitatis constantiam amicitiae debent conservare, se cum beneficiorum foliis præsentes exhibere,

Joseph confi-
dens in Prin-
cipe Pincer-
narum falli-
tur.

hibere, diversimodè tamen, ut in æstate prosperitatis se exhibeant ridentes, hilares, jucundos, amicos, de prosperitate congaudendo, & congratulando; in hyeme vero, in statu videlicet adversitatis, ærumnarum, videndo amici infortiū, ostendere se debent præ compassione pallidos & mœstos, calorem, id est gaudium, è corde fugando: nam de constanti amicitia dicitur: *Omnis tempore amicus est, & frater in angustiis comprobatur;* super quo Cassiodorus: *Vetus amicus omni tempore diligit, tormentum non separat, labor non superat, tauræ non laxat, quem vera amicitia confederat.* At thesaurum invenit, qui tales invenit amicum: Amici, Patroni nostri nunc inconstantes & mutabiles, non tormento opus est, levi aduersitate separantur, cernuntur in prosperis, non in adversis, in solatiis, non in miseriis, in felicitatibus, non in adversitatibus. Similes dixerim lapidi, qui vocatur Selenites, colore hic pingitur canido, in quo, teste Isidoro, figura apparet Lunæ, secundum quod Luna crescit, aut decrescit, sic illa figura in lapide augeatur, aut minuitur vel planè perit, tales nunc sunt amici & patroni; oculum habent & respectum ad lumen lunæ, id est splendorem mundanæ felicitatis, quando lunam, id est te vident plenum lumine prosperitatis, tamdiu imago eorum, scilicet affectio, memoria tui fulget; quanto autem lumen prosperitatis tuæ magis decreverit, tanto imago & representatio eorum amicitiae minuitur; hinc si Luna directa, scilicet persona, lumen prosperitatis amittat, ecclipsim paupertatis, adversitatis, ærumnarum immittat, in Selenite imago amicitiae, memoria eorum, totaliter perit ac deficit; ad quos si in egestate & ærumnis recurras, subsidium, consiliū efflagitando, illico abominantur, fugiunt, devitant, & à se personam ærumnosam propellunt. Pulchre Ecclesiastes: *Dives commotus confirmabitur ab amicis, cum autem ceciderit, humili expelletur etiam à notis.*

Veritatem sequenti exemplo accipe, quod à Viro quodam doctrinâ profecto spectabilis R. P. Christophoro Todfelder,

Q 2

Prov. 17.
Cassiod. in
epist.

Amici Pa-
tron, quam
inconstan-
tes.

Amici simi-
les Lapidi
Seleniti.

Eccl. 13.
v. 25.

felder, & Soc. JESU, pro concione audivi Pragæ Anno 1665. Quæsivit à filio Genitor, multosne amicorum haberet & Patronorum, si sinistra se despoliaret fortuna, aut in periculo vitæ amittendæ constitueretur? cui filius: Dilecte genitor, amici Tibi sine numero; Rectè dixisti, recipit Pater, sine numero, quia ne dimidium amici habeo; non sic, instat filius, sed multos amicos intelligo eos, scilicet quos ad supra-ma honorum, officiorum è vilissima & abjectissima evexisti forte, memores præstitorum sibi beneficiorum in necessitate ii forent. Experiri liceat, inquit Genitor, eos accedas velim, dic me de capite meo periclitari, opem ferant; obtemperat dilecta Genitori Soboles, pergit ad primum, eumque quem putabat Genitori optimè affectum, dicens: Parens meus plurimam exoptat salutem, & quia de capite suo periclitatur, à Te auxilium implorat, utpote sibi amicissimo, nec dubitat de gratia, cum beneficiis ipse Te antè locupletaverit; Bonum bone Juvenis, reponit Amicus, Parenti tuo preceris vesperum, dic dolere me nimium de sinistro & insperato, quod tuo Parenti evenit malo, opem ut ei feram mihi, nunc non vacare, né tamen beneficia mihi ab ipso præstata oblivione sepelisse existimet, pro gratiis gratiam hanc reddere volo, dum sententiâ in eum latâ ad furcam ducentur, comitem agam, libenterq; oculis spectabo, quando carnifex fune collum injecto de scalis ipsum protrudet: at Domine: Parens meus non oculis vestris, sed manu eget vestra auxiliatrice; jam dixi, reddit ille, quid tuo Parenti facere velim, ultra né molestes, alioquin né tibi ex hisce gradibus descendere opus sit, propellam, tempus est, ut tecum responso domum conferas.

Ad secundum ergo se confert Patronorum, dicens: In assidua non dubito memoria vobis sunt gratiae à Parente meo collatae, distracta fortunæ dextra rota, in sinistra hæret, nam de capite suo periclitatur, gratiam nunc implorat vestram: Lubens parenti tuo opem feram, bono tantum sis,

optime

optime Juvenis, animo, cùm ad furcam condemnatus sit, in-dussum ei dono, illud tolle & vade, quod plus parenti tuo faciam, nunc non habeo, nec tempus ob negotia insperatè occurrentia superest succurrendi ei; at nunquid parenti meo vacabat vos juvare? jam dixi, quid ei præstare velim, ulterius obsecro né molestus sis, alioquin tibi eveniet, quod nuper cani in coquina mea oberranti; patientia, gratias Dominationi Vestræ.

Ad tertium itaq; se accingit, postes pulsat, mox hospes domi negatur, at ego, Deus bone, primo de fenestra ipsum prospicientem hisce oculis vidi, cur quæso se occultat? quid Domino dicat? dicat plenos, inquit lachrymis, oculos fero, utinam cor ejus emollirent, de vita parens meus periclitamus, auxilium à vobis implorat; auxiliabor libenter, inquit, si funis collo innectendo ei desit, hunc tolle & vade, si chiragra carnificis digitos coarctavit, ne suspendere valeat, ego clavo patibulo incusso appendam, de uno pari chirothecarū, agitur ad manus cohonestandas; at meminerit saltēm beneficiorum Parentis, nunquid non ipse locupletavit, ad honores evexit? Cur amens fecit, ipsius gratiam nunquam efflagitavi? Cum patientia ad Parentem revertitur filius dicens: Verè dilecte Genitor amicos, patronos existimavi esse, qui in necessitate & ærumnis succurrerent quam plurimos, nunc experientiâ disco neminem in adversis esse; fallax gratia & vana est amicitia mundi, auxilium ab homine implorare, res est inanis: imò maximum malum & continuo dolore gemendum, inquit Rabanus, quod ubi speratur fidelitas, ibi invenitur malignitas.

Rabanus.

Tales sunt amici, Patroni ad quos in ærumnis nostris auxilium implorautes recurrimus, citius malignitatem quam fidelitatem experimur, in prosperis amicos invenies, non in adversis, non succurrunt nisi in tali constitutum te statu videant, ut aliquod à te commodum sciant, posse se reportare. De vinea dicitur, quod tunc temporis servetur, visitetur,

Q. 3

dum

Amici mun-
dani similes
Vineæ, Uvis
onustæ.

Isai. IV. 8.

Eccles. 6. v. 10.

Proverb. 3.
v. 18.

Luc. 11. 7.

Curt. lib. 7.
In Amicis
non confi-
dendum.

(126.)
dum inibi fructus; at fructibus collectis quamvis ostium apertum viderint, non visitabunt; sic nunc amici nostri, quādiu fructum divitiarum apud te sentiunt, in officio, dignitate constitutum, multos reperies visitatores, adjutores, tibi obsequiosissimos; at si fructu divitiarum spoliatus fueris, si ex officio deturbatus, Bellisarii opertus amictu, te deserent, abominabuntur, derelinquent, ita ut dicere possis: *Derehita est, filia ior, ut umbraculum in vinea.* Pulchrè de talibus amicis jamdudum Ecclesiastes: *Est amicus mensæ, & non permanebit in die necessitatis;* dum in egestate nostra, ærumnis, sinistro eventu ad eos recursus opem eorum implorando flunt, experieris, quod ego illud, tibi dicendo: *Vade & revertere cras, crastino recurrite rursus, cras, postridie,* ut ab importunitate tua se expediant, audies illud: *Non possum surgere & dare ibi;* aut utentur verbis solatoriis, casum deplorando, miseriā extenuabunt, aut exaggerabunt, at de vero solatio, aut ope nil afferent.

Et tametsi confugiendo ad hominem in ærumnis tuis, potentem repereris amicum, patronum qui abundantē præstat opem, refugium reperisse existimas? at instabile & incertum: multi enim, cum ad talia confugissent refugia, carentibus illis, ad quos confugerunt & ipsi quæsiti sunt; hinc præclarum gentilis Curtius, quotquot eo recurrent, dat monitum: *Cave, ne dum ad culmen venire contendis unâ cum ipsis ramis, quos comprehendisti, decidas.*

Expertī talem patrocinij eventū primi Israëlitæ, mortuo enim Joseph Prorege Ægypti, & Israëlitarum Patrono, quid actum ejus clientulis? illico irruisse dicuntur Gethæi prædatores in confines Ephraimitas, partem scilicet Israëlitici populi, quod facinus ausi prius non erant, dum sua illis columnæ, quâ nitebantur, Josephus scilicet steterat vivus, hic in mortem prolapsus totam Israëlitarum fortunam, unâ secum ruinâ involvit: quin & ipsi adeo Josephi fratres etiam stante hâc familiæ suæ columnâ rebus suis stabilitatem non erant

(127.)
erant polliciti, Patre enim in Chanaan sepulto timuerunt cum Josepho fratre redire in terram Ægypti, præterquam quod missō nuncio eidem dixerint, Patris adhuc ante mortem voluntatem fuisse, ut fratribus mitis esset, quasi Josephum non tam columnam sibi crediderint, quām arundinem vento agitatam. Né igitur spem in ærumnis tuis in amicis & patronis loces, commodum non tuum, sed suum quærunt, de adversitate potius tua gaudebunt, quām ut tibi opem præstant, miserum te & infortunatum lubentius contuentur quām felicem, & tametsi inveneris paxillum & colossum, qui in ærumnis tuis te sustentare videatur, ne eo quidem securitatem & stabilitatem pollicearis, menti insculpe, quod Isaias dixit: *Auforeiur paxillus, qui fixus fuerat in loco fidei, & frangetur & cades, & peribit, quod peperderat in eo.*

Matt. 11.
v. 7.

Isai. 22. v. 24.

CAPUT XXV.

Optimum est in ærumnis suis; ad auxilium
DEI recurrere, quod præstat deficiente
ope humana.

Psalista Regius probè animadvertisens falsum & insatiabile esse ad hominem in ærumnis & adversitatibus refugium, cunctos qui eo recurrent tanquam ad certissimum ærumnarum suarum asylū, retrahere volens pronunciavit: *Noite confidere in Principiis, neg. in filiis hominum, in quibus non est Salus.* Quonam vero confugiendum sit, demonstrat: *Deus refugium nostrum & virtus, adjutor in opportunitatibus, in tribulatione, ad DEum ô! miser, qui humanam venâris opem, dum te adversitas premit, te convertito, ipse enim est, qui paterno affectu in filii sui conservationem, non in perniciem immittit, vel permittit Crucem aut quodcumq; obtingit malum.*

Carneo, seu
humano bra-
chio non in-
nitendum.

Psal. 45.

Baro-

Baronius refert de Agrippa, qui à Claudio constitutus Rex Galilææ in Judæa, cum prius ferrea catena vincitus teneatur, & à Claudio catenam auream ferreæ illi pondere parrem dono accepisset, eam, ubi Herosolymam rediit, monumentum mutatæ adversæ fortunæ in prosperam, suspendit in sacrario super Gazophylacium, quæ doceret spectatores, & sublimia posse corruere, & DEum solum prostrata erigere, denuò valere universa. Huc quotquot sub adversitatis Cruce Simones, Josephos, Parronus, Amicos videlicet investigatis conferre: è dignitate & sublimi mutata fortuna descendisti ad infima; ad DEum accede, Dominus humiliavit, Dominus sublevare & erigere prostratum, contemptū potest; in paupertatem per infortunium delapsus, mentem adverte DEO, *Dominus pauperem facit*, at & ipse largissima benedictionis dextra etiam ditat, subversa in integrum restituit. Spoliaverat universis opulentissimum Jobum, teste eodem: *Dominus abstulit*; at rursum benedictione exhilaravit: *Dominus dedit*; & addidit; *Dominus omnia Job duplicita*. Unicus Deus, solari mœstos, unicus ærumnosos juvare potest; ad ipsum, utpote cuius in ærumnis suis expertus est opè, relegate Psaltes Regius dicens: *Revela Domini viam tuam*, & ipse faciet, id est, auxiliabitur, solabitur. præter auxilium DEI ne quæras aliud: nam uti egregiè Ludolphus de Saxo: *Indignus benedictione caeli convincitur, aliud sibi refugium parans*. Si forte illud non obtinere contingat, tunc enim auxilium à Domino in ærumnis efflagitas, quando omni auxilio humano desperito Divinum postulamus.

Magnis Urbs Jerusalem exposita fuit calamitatibus, obfessa jam à Sennacherib potentissimo exercitu, rem exponit Isaias: *Disputata sunt via, cessavit transiens per seminas, projecti Civitatis, luxit & elanguit terra, confusus libanus est, & obsurduit, & factus est Saron sicut desertum, & concussa est Basan, & Carmelus*. Sed ecce tempus, quo DEus suum porrigit auxilium, & patrocinium ostendit: *Nunc consurgam, dicit Dominus, nunc exaltabor, nunc sublevabor*:

Baron. ad
An. Christ.
43. n. 7

Crueigeris
recursus ad
DEum sua-
detur.

Job. 12.

Job. 24.

Psal. 36.

Ludolp. de
Sax de pass.
c. 3.

Isai. 33.

dabor: concipietis ardorem & parietis stipulam, spiritus vestes ut ignis vorabit vos, & erunt populi quasi de incendio. Ergo cùm omnis abesset & decesset succursus humanus: *venit Angelus Domini, ait facer textus, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quing millia*.

Pro afflitorum consolatione memoratu dignū est, quod notat Carthusianus in c. 6. Osee, ubi citat cap. 20, lib. 2. Paralip. & Regem Josaphat ita loquentem: *In nobis non est tanta fortitudo ut possimus resistere, sed cùm ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos erigamus ad te: magnam faciant spem vobis verba DEI dicentis: Salus populi ego sum, de quaunque tribulatione clamaverint ad me, exaudiam eos; nota verba: cùm ignoramus, quid agere debeamus, quando spem omnem, operamq; ac industriam humanam amisimus, tunc promptū, opportunūq; nobis adest auxilium DEI. Hoc nos docet Philo: Cùm omni auxilio humano destitutus fueris, vicinum est divinum si illud involes: quod id ipsū sæpius ipse Christus Deus demonstravit*.

Vinum, præcipuum Conviviarum, in nuptiis Canæ Galilææ defuit, afflitorum unicum refugium, Domina filium imploravit; at pro auditu & obedientia egrediam verborum retulit acrimoniam: *Quid mihi & tibi est mulier, nondum venit hora mea: suppetiarum, prodigiorum, necdum tempus est, quos Spiritus tibi assumis ô Domine JESU, edissere quæso, cuius præter te est indigentiam levare? cuius prospicere necessitatibus, egestatibus, nisi Creatoris ac totius Universi Domini?* & quando hora succurrendi, nisi cùm necessitas premit? humano deficiente auxilio, annon DEus adsit? verum quidem id est, respondebat aureus Orator, sed necdum res in extremo versabatur, ideo DEus paratum miraculo patrando non se exhibebat, necdum omne vinum defecerat; sed lagenæ quædam adhuc supererant, ideo ait Christus: *Necdum venit hora mea*. Si vinum defecerit, res arctissimæ sint, partium mearum erit potentiam monstrare: vino deficiente, dum nil humanæ adfuerit opis, divina potentia enitescit;

R

con-

Carthus. in
c. 6. Osee.
2. Paralip.
20.

Philo.

Joan. 2.

os (130)

conceptum hunc D. Chrysostomus docet: *Illa ergo Christi hora ad opem ferendam cum nihil omnino vini esset, idq; ministris innotesceret, ut mente Divinâ opportunè succurreret, cum humana spes penitus defecisset: ergo ô homo, dum tibi humanæ spei nil affulget, fiduciā erige, ad DEum curre, ipsius humano orbatus auxilio, opem implora, & aderit, quia tibi succurrenti hora venit, hanc esse DEI horam, experientiā disce ulteriori.*

Deficientibus humanis certa spes in Divinis.

Matt. 9. v. 21.
Salmeron.
tom. 6, tr. 25.

Joan. 5. v. 7.

D. Ambros.
ser. 37.

Hemorrhoissa illa cunctas suas opes & pecunias in medicos & medicinas exposuerat, ut à sanguinis fluxu liberetur, at frustra & sine ullo fructu derelicta, omniq; destituta auxilio humano Christum accedere statuit, dicens intrâ se: *Si tetigerò tantum vestimentum ejus, salva ero.* Duodecim continuis annis pertinaci laborabat infirmitate: *Omnia bona ejus medici devoraverunt (inquit Salmeron) & jam non tantum sanitatem, sed facultatibus destituta erat, in hoc desperato statu invenit DEum adjutorem suum.* Ingentis sis confidentiae, si res in extremo rotentur apice, tunc tutissimo sunt loco: *Hominie deficiente, DEI opem senties, si in confidentiam assurrexeris.*

Infirmus ille, afflictissimus ad piscinam triginta octo annis in infirmitate sua miserè languebat, casu cælestis transit Medicus, & sanitati illum restituit: *tolle grabatum tuum, & ambula:* dum hic misellus ambulat, ego sisto, & cur Christus hunc misellum sanârit, sciscitor: infirmitatem tam diutinam forsitan curâsti, ut te expertissimum Medicum ostenderes? an eum sanasti, quia forsitan te imploravit? Curasti forte rogantibus discipulis? Minime, sed scis quare, quia nil spei humanæ adfuit: *Hominem non habeo, nullum, qui ad motum aquæ me ei immergit, habeo, ideo de mea sanitate actum est,* ergo dixit Christus: *Hora mea venit, humano deficiente auxilio, meum est succurrere;* en te curo, non ut me Medicum præbeam, sed ut DEum, cuius succurrere est deficiente humano auxilio: Hunc conceptum D. Ambrosius explanat: *Donavit (inquit) Dominus sanitatem, non medicinam exeruit, eos enim sanavit Dominus, quos nemo curarat.* Ter beatum

ô ho-

130
131

os (131)

ô homo te crede, si dicere potes: *Hominem non habeo, qui me juvet; hominem non habendo, DEum habes, nè ergo desperes miselle, ærumnose, si nullus sit, qui te adjuvet, causam tuam agat, DEO fide: revela DEO causam tuam, ille rem tuam perorabit, ille miracula tibi patrabit.*

Humanam opem, DEI auxilium supplet. Verbum Divinum homini sublevando, carnem ejus ut assumeret, Senatus Sanctissimæ Triadis decreverat, sed amabo, tempus ejus Natalis nota, in Herodis vitam id incidit; cur hominem salvaturus Herodis Regis Idololatræ & Gentilis, tempore sit Christus DEus natus? unicè miror; annon ævo Davidis nasci poterat? Davidi sanctitatis illustris Regi, filium DEI in carne conspicendi gratia debebatur; quid sanctitati summa cum Herode impietatis probro: at quid actum sit Herodis ævo, observa: Hebræ regno exclusi erant, propriorum opum Domini non erant, Hierosolymitani Romanorum veetigales, nulla jugo huic excutienda via, viribus Romanorum nullus par erat, Herodes templum contaminavit, sacra operari non poterant, omnia videbantur desperatissima, nec ulla evadendi rimula patebat, quid igitur? clamaverunt ad Dominum, cum tribularentur, audiit in Cælo Verbum Divinum, & à cælesti Patre veniam petit: *Venit hora, imò nunc est nascendi in terris Verbo, mundo succurrenti perditō, cùm nullus erat, qui hebræis & universæ terræ succurreret, ipse ex hebræa gente nasci voluit, ut cunctis notum foret, confidentiam nunquam abjiciendam, sed rebus ærumnosisimis auxilio DEI fidendum.* Totum id affirmat Petrus Chrysologus: *quid est, quod tempore Regis nefandi DEus ascendit ad terram?* *quid est? Herodes aliena geniis Judeorum Regnum invasit, libertatem sustulit, profanavit Sancta, quidquid erat cultus, quidquid Ordinis, abolivit, merito igitur eo tempore adest ipse DEus, quando homo deerat; nil ergo verius quam ubi nil spei, auxiliū est humani, subsidii Divini plurimum esse; cui homo deest, adest DEUS.*

Speres itaq; & invoces in ærumnis tuis DEum tuum, & hanc

R 2

Petr. Chrys.
serm. de Na-
tal. Dom.

hanc doctrinam cordi inscribas. Si vero à DEO desertus videris, tunc te confidentiâ largissimâ illi profunde; tu clamas, DEus non audit, votis non annuit, Crux, quam geris, premit, spem tunc excita, & tunc exaudiet; DEus spem negat, tu tamen spera, certus sis auxilii, quia ipse auxilium spopondit, quinimò quasi juramento, cùm clamorem in adversitate audierit, se obstrinxit: *Salus populi ego sum, de quaquaque tribulatione clamaverint ad me, exaudiem eos.* Quid est exaudiam? nisi auxiliabor? ô beata spes, ô benedictum hominem, qui postpositâ fiduciâ hominis se DEO totum in ærumnis suis commisit: omnes furiæ infernales in te insurgant, acheronticus serpens omnes quantumvis vires exerat, sanguiniant persecutores, invideant inimici, tribulationes, miseriæ, inopiæ, oppressiones, vilipensiones undequaq; te impugnant, DEum invoces, spera in eo, nil tibi officient.

S. August.
Hugo in Ps.
50.

Osee 10.

Ecclesiast. 2.

Psal. 145.

